Ἐγὼ δ' ἐς ᾠδὸν οὐκ ἐπεισφέρειν πόδα
Ἔτλην· (τὸ γὰρ θεῖον νόμον·) ἀλλ' ἔξω θυρῶν
Ἑσὼς, τὰ πάντ' ἤκουσα, κἀθεασάμην.
Ἐκεῖ δυσάγνῳ θύματ' ἐτελεσαν θεῷ·
Πάντες θ' ὁμοῦ ἐδαίνυντο, κἀπὸ προσπόλων
Γλυκὺν λαβόντες οἶνον, ἄκρατον δέπας,
Ἀμυδὶ, χανδόν τ' ἔπιον ὁλολυγμῷ χαράς.
Ἐνταῦθα Σάμψων, αἰτία θοιναμάτων,
Φοινικοβάπτοις λαμπετῶν ἐθήμασιν,
Ἐσῆλθε ναὸν, οὐκ ἄνευ στρατοῦ τινος
Ἀνδρῶν ὁπλιτῶν· οἱ γὰρ ἐνεφορεῖντό νιν
Καὶ τυφλὸν ὄντα, μή τι ποίησαι κακόν.
Τοῦτον δ' ἰδόντες οἱ Παλαιστίνων ὄχλοι
Ἐκραύγασαν ξύμπαντες· "Ὦ Δάγων, Δάγων,
"Οντως ἐνίκας· φρεδὸς ἐστιν Ἰσραήλ."

Παραυλίκ'

Παραυτίκ' ἠλάλαζε πάντοιον μέλος,
Φόρμιγγες, αὖλοι, κυμβάλων τ' εὐηχία.
Ὁ δ' ἤ τιν' ὀργὴν, ἤ τι τεκμαίρων δέος,
Μετ' ἐθνικῶν ἔστηκε· κοὐ, δοῦλός περ ὤν,
Ἐχθροῖσιν ηὐλογεῖτο, καὐθαυμάζετο
Ὁ κλεινὸς ἥρως, πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας.
Ἔπειτα πολλὰ σήματ' ἀταλάντου θένος
(Ὅσ' ἂν δυνήσαιτ' ὀμμαλοσερὴς ἀνὴρ)
Ἔδειξεν, ἤ τιν' ἀνταγωνίσην λαχών.
Τέλος δὲ, καμάτων ὡς ἀναπνεύσων βραχὺ,
Τῷ χειραγωγῷ φησιν· "Ὦ νεανία,
"Δός μοι δι' ὀλίγου σῦλον εὑρίσκειν τινα,
"Ὅπου 'πίμοχθον ἡσυχῶς κλινθῇ δέμας."
Ὁ παῖς δὲ, μηδὲν ἐννοούμενος κακὸν,
Ἦγεν κελευθεύς· εὐθέως δ' ὁ σὸς γόνος,
Ναὸν διπλάσια ψηλαφῶν ἐρέσμαλα,
Κάτω σκολειὸν ἔτρεψεν ὀμμάτων κύκλα,
Κἄσχε νενευκὼς, ὥς τι καλχαίνων ἔπος,
Ἢ τὸν μέγιστον ἐπικαλούμενος Θεόν.
Τέλος δὲ, καλλιπλόκαμον ὑψώσας κάρα·
"Ὦ

"Ω γῆς ἄναικτες τῆσδε, δεσπόται τ' ἐμοὶ,
'Εβλέψαθ', οἵ' ἐβλέψατ', οὐκ ἄνευ χαρᾶς,
Πολλῷ τε θάμβει, ἰσχύος τεκμήρια.
Νῦν δ' αὖ τελευτῶν, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ πονῶν,
"Αλλ' ἐργασείω, θαῦμ' ἐν ὑμὶν καὶ φόβον
"Εχοντα μείζω τῶν νεως' εἰργασμένων."
Τοιαῦτ' ἐφυμνῶν, ἀσραπῆς ταχινώτερος
Βραχίον' ἐξέτεινε θαυμασίοις τρόποις,
Πολλαῖς τε χερσὶ κίονας μάρψας ἀπρὶξ
Στροφάλιγξιν ἔνθα κἀνθα, πῶς δοκεῖς, πυκναῖς
'Ανέσεισε, κατέναξε, κοὐκ ῥιζῶν σπάσας
"Ερρηξ'. ——
'Επέπεσεν ἐπιτάχιθ' ὁ πᾶς δόμος
'Επ' ἀγέρας, ἐπὶ γυναῖκας, (ἐῤῥωδῶ λέγων)
Θεοπρόπους, ἄρχοντας, ἀλάκληρόν τ' ὄχλον. —
Οἱ δ' ὠλόλυξαν. — 'Αλλὰ μαρμάρεον στέγος,
Φοβερῶς ἔρεπτον, αὖθ' ἐφίμωσεν γόους,
Νεκρά τε νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ὁμοῦ.
'Ο σὸς δὲ Σάμψων, οὐκ ἔχων ὅπη φύγοι,
(Τοίας κυκλέσης δυσεβῶν ὁμιλίας,)

Στερρᾶς

Στερρᾶις ἀνάγκης ἄρχυσ' ἐγκεκλεισμένος,
Ἄκουθ' ἑκοντὶ πνεῦμ' ἀνέρρηξεν βίᾳ.
Ἔγωγε δή, ἄλλοι θ' οἱ περισωθὲν ξένοι,
Ὀρθότριχι πληχθέντες ἐφύγομεν φόβῳ. —
Τοσαῦτ' ἀκέσας, ἴαθι τἀληθῆ κλύων.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, εὖ τε, καὶπινικίως,
Ἃ σοι 'πέτειλεν ἔργα τῦ Θεῦ φάτις,
Καὶ ζῶν ἐπήρξω, καὶτελείωσας θανών.
Νῦν δ' ἐν μέσοις ἐχθροῖσι σὸν κεῖται δέμας,
Οὐ μὴν ἄτιμον, ὧν σ' ὑπῆλθεν ἵμερος,
Ἱερὸν δέ, καὶμώμητον αὐθέντᾳ σφαγῆς.
Σοὶ λοίθιον τόδ' ἦμαρ εὐκλεέσατον·
Νίκης ὀπαδὸς, μοῖρα· — μοῖρα δ' εἰσφέρει
Μείζω θριαμβον, ἢ βίος νικηφόρος.
Ἦ πᾶσ' ἀνάγκη κατθανεῖν· — ἀλλ' ἡμέραν
Ὅσις περάσῃ τὴν πανυσάτην καλῶς,
Πάντων μάλιστα τῦτον ὀλβίζειν ἔχω.

MONO-

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἕως μέγ' ἀλάζονες ἐχθροὶ
Ἐν μέσοισιν ὀργίοις,
Οἴνῳ μαινόμενοι φρένας,
Λαμπρὰν Δάγωνι τιμὰν
Γαυριῶντες ἴαχον,
Ἀμετέρῳ θ' ὕβριν Βασιλεῖ·
Ὑψίσων ἀπ' ἀρανῶν
Φάσμ' ὁλοὸν καταβὰν,
Ψυχᾶς φίλον θρόνον εἰσ-
ῆλθε, βαθείης ὄργανον ἄτας.
Ὦ δεινὸς ἦν, δεινὸς γέλως,
Ἁμός σε, Σάμψων, ἐκάλυ
Ὑπηρετοῦντα κώμοις.
Δύσανοι, τί γᾶν πωθήσατε;
Φεῦ, τί δύσπον ἠκυσάμην
Γέλασμα; — τιμωρὸς πάρα,

Μήτωρ παντελὴς ὀλέθρου.
Ταχέως, τάχιστα κλαίετε
Φρενὸς τυφλότητα πλανωμένης.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ.

Ἔνθ' ὅγ', ἐν ὄμμασ' ἐπαργέμοις
Τᾶς τυφλοσύνας πάμπαν ἐχόμενος,
Τυφλός τε νᾶν ἀχέων,
Ὀξυδερκὴς δ', ὀξύπορός τε
Ἐν μυχοῖσι φρενῶν, ἐξ-
αίφνας εἰς ἱερὰν φλόγα
Ἄμπλε, κἀξέγειρεν
Δαρὸν ἐγκεκρυμμένας
Οὐράνιον σπινθῆρ' ἀρετᾶς.
Χὠσεὶ δράκων τις ἐπὶ βορᾷ
Ἀμφιχάνων, ἀκικεῖς
Εἰς ὄρνιθας ἄνωθεν,
Τᾷ μὲν, ἐν καλίαις,

Τᾷ

Τᾷ δὲ, καθεζομένᾳ
Στοιχηδὸν, ὀρφανιθέντας ὕπνῳ,
Λιγέα τε τετριγότας,
Νυκτερόφοιτος εἰσπηδᾷ·
Ἡ θεσκέλῳ βροντᾶς δίκην,
Ἐρισμαραγεῖ σὺν πατάγῳ,
Σμερδαλέον τε κατ' αἰθρίαν
Σκηψάσας, νεφελῶν ἄτερ,
Φρενομανεῖς ὁ Σάμψων
Τελεσφόρον τε νίκαν
Μέλλοντας ἀλαλάξαι,
Ἔπαισ', ἔπαισεν ἐχθρούς.
Ἀνθ' ὧν κλέος ἐξαίρετον
Ἄφθιτον, ἀγήρω τε,
Ἄξιός ἐστι φερέσθαι·
Ὃς ἐν ἀγῶνι μονοστόλος
Παμπληθίαν ἐκράτησεν ἐχθρῶν·
Τοὺς δεσπότας τε φθάσας
Κακοὺς κάκιστ' ἔκτεινεν,
Ἰσόνομόν τ' ἔθηκεν Ἰσραήλ.

ΙΑΜΒΟΙ.

ΜΑΝΩΑΣ.

Παύσαθ', ἀδελφοὶ, τύσδ' ἐγείροντες γόους·
Παύσαθ' ἐπαίνων· ὡς ἀνάγκη δεικνύναι
Πολλὴν ἐπ' ἀκμῆ τῇδε χειρωναξίαν.
Σάμψων γὰρ, ὃς πρὶν πατρίδος ἦν τὰ φίλτατα,
Καλῶς τέθνηκε, καξίως καλῷ βίῳ·
Ἐχθροὶ δ' ἐλωτίζοντο καρπὸν ἄφθονον
Στοναχῶν, ἀνίας, δυσκλύτου τ' ἀδοξίας·
Ἡμῖν δ' ἔβλαστε χάρμα, καὶ φάος μέγα,
Καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου.
Νῦν ἴν, ὅσοιπέρ ἐστε γενναῖοι φύσιν
Ἀνδρῶν Ἑβραίων, τῇδε τῇ χαριεστάτῃ
Χρήσαθ' ἀφορμῇ τῆς φιλόφρονος τύχης.
Ἐλευθερῶτε γῆν, ἐλευθερῶτε δὴ
Γυναῖκας, ὑμᾶς, δαρὸν ἠτιμασμένας.
Ἆρ' οὐχ ὁρᾶτε πάντες ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ
Τὴν χεῖρα τοῦ παρόντος εὔδηλον Θεοῦ,
Ὃς ἦν παρ' αὐτῷ τῶνδε συμπράκτωρ πόνων;

Ἴτ',

Ἴτ', ἐξανίσασθ', ὦ καλοί τε κἀγαθοί·
Σῶθ' ὡς τάχιστα, σῶθε· τὰ γὰρ ἐναντίων,
Ἡμᾶς τ' ἔχοντων δηλίοις ὑπὸ ζύγοις,
Καὶ φρῶδα καὶ πρόῤῥιζα πάντ' ἀπώλετο.
Ὑμεῖς δὲ, τῶνδε μάρτυρες πεπραγμένων, 1960
Οὐ σέρνα τύπλειν ἐστὶν, ἀδ' ἀνιέναι
Κωκυτὸν ἀντίμολπον ὀλολυγῆς θέμις·
Τύχαις δὲ μᾶλλον ταῖσδε δεῖ ξυνηρετμεῖν.
Ἄχος γὰρ ἁδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι, φίλοι,
Ὡς τῶνδ' ἐχόντων· ἔῤῥετ', ὦ λοφύρματα, 1965
Γόοι, σεναγμοί· πάντα καλλίστως ἔχει,
Ὡς ἐκπλαγῆναι τἄμὸν ἡδονῇ κέαρ.
Νῦν δ' ἐς πόλιν σείχοντες, ἐξ ἐρειπίων
Τὸ σῶμ' ἕλωμεν τῆδε τῇ δεδῃότος,
Τῶν ἀλλοφύλων αἵματ' ἐμβεβαμμένον. 1970
Ἐκεῖ, κελαινὴν ἐξομόρξαντες δρόσον,
Χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν φίλον νέκυν
Στέφωμεν, ὥς' ἐκ ἁδὲν ἐλλείπειν, ὅσον
Χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν κλέος νέμειν.
Ἡ δ' αὖ νοσοῦσά γ' ἄποτ' ἀναστῆναι πόλις 1975

Τὸ

Τὸ μὴ ἀ τελεῖν τῷ παιδὶ πάντα τἄννομα.
Ἔπειτα βαςάσωμεν εἰς οἶκον πατρός·
Κἀγὼ, ποιήσας τύμβον ἐκ χερῶν ἐμῶν
Εὔπηκτον, εὐζέςοισιν εὐπρεπῆ λίθοις,
Αἰωνίοις τύποισιν ἐγγεγραμμένην,
Ἀρετήν θ', ὁποία γ' ἐν μάχαις ἐφαίνετο,
Μόρον τε, πῶς ἦν ἀσφάδαςος, ἐξερῶ.
Θήσω τόδ' ἀμφὶ σῆμα θάλλουσαν δάφνην,
Σκιεράν τε πεύκην, καὶ τὸ φοινίκων γάνος.
Τᾶτ' εἰσιδόντες οἱ νεώτεροι τέκμαρ,
Σάμψωνος ἀνδρότητ', ὁποία τις πάρ ην
Καὶ ζῶντι κ' θνήσκοντι θαυμάσιος ἀεί.
Εἰ ταῦτα πορφυρᾶσι βυσσόθεν φρενῶν,
Καὶ μνήμοσ' ἐγγράφουσι δέλτοις καρδίας,
Ἡρωϊκόν τι μᾶλλον ἢ πάρος, παθεῖν
Δοκοῦντες, ἔργων ἀντιλήψονται κακῶν,
Πατρίδος ὑπερμαχοῦντες, ἐν χρείᾳ δορός.
Ἐν ταῖς θ' ἑορταῖς παρθένων ἡδὺς κύκλος,
Μύρτα φερουσῶν ςέμμα, καὶ πολὺ ῥόδον,
Τὸν παῖδ' ἐμὸν μέλψουσιν ἱεροῖς ᾄσμασι,
Σωτῆρα γαίας· δυσυχοῦντα μὲν γάμοις,

Τὰ

Τὰ δ' ἄλλ' ἀριζεύοντα, καὶ πιδέξιον
Τῇ γῇ πατρώᾳ, τῷ τε Παγκρατεῖ Θεῷ.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγε δή, γέρον, εἰς πόλιν ἕρπονΓες,
Τὸν ἀμαιμάκετον Σάμψωνα, καλὸν
Βίον ἐκπνεύσαντα καλῷ θανάτῳ,
Σπονδαῖς καθαραῖσιν ἀγάλλωμεν,
Ταὐνδρὶ κρατερῷ
Χάριν ἠκ ἄχαριν προφέροντες.
Τίκτει σοφίαν πεῖρ' αὐτόματος·
Χρὴ δὲ τάγ' εἰς τὸν Θεὸν ἀγνείαν
ΠάνΓων ἔργων τε, λόγων τε, φέρειν.
Τί ἐφημερίων ἂν ἀμηχανία
Κάτεχοι θυμὸς ἀμβλυνομένους; —
Δύσκριτα βυλεύματα τᾶ ΚρείΓονος,
Ἀγαθοῖς ἐπιτοξεύονΓ' αἰεὶ,
Λήθει τὰ βροτῶν τυφλὰ φρενώματα·
Κῦρος ἔχοντα δὲ παρὰ τὴν δόξαν
Πάντα τελευτῶντ',

Ὀρθῶς

Ὀρθῶς τε βεβῶτα πέφανται.
Ὁ δὲ πανδαμάτωρ μακάρων Βασιλεὺς
Πολλῇ νεφέλῃ, σκοτίοις τε μυχοῖς
Ἱερὰν κρύπτει κεφαλήν· τάχα δ' αὖ
Τοῖς εὐσεβέσιν σεμνὸς ἀμύντωρ,
Τοῖς εὐσεβέσιν χερεᾶς τέκτων
Εὐδαιμονίας αὐτὸς ἐφάνθη·
Τοῖσι δ' ἀνοσίοις, καὶ πὲρ χρόνιος,
Τιμωρὸς βαρὺς ἐνεπήδησεν·
Καὶ νῦν φανερῶς ὅριος ὁ Θεὸς
Σάμψωνι κατέσχε πᾶν μῆχαρ· —
Τὰ βέλη δ' ὀδύνας αὐτίκ' ἀδηφάγε
Γάζαν τ' ἐπέβη,
Πάντας θ' ὑψαύχενας ἐχθρούς.
Πίσιν δ' ὁ Θεὸς, καὶ χάρμα νέον,
(Κάλλιστον ἐλευθερίας πρόδρομον,)
Τοῖς θεράπουσιν σήμερον ὤπασεν.
Ἃ δ' ἱμερόεντα γαλάνα, τᾶς
Ψυχᾶς προπετῆς
Δεινὴν κατέπαυσε θύελλαν.

ΤΕΛΟΣ.

SAMSON AGONISTES.

Ἔστιν οὖν τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας, μέγεθος ἔχουσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν.

Arist. De Poetica. Cap. 6.

ARGUMENTUM.

SAMSON, ad ſervitutem redactus, et captus oculis, et in urbis Gazæ carcerem conjectus, labores, veluti in piſtrino, exantlare coactus eſt. Ibique diu detentus, relaxationem demum operis, in feſto die Dagonis, nanciſcitur. Egreſſuſque e cuſtodia, ad locum quendam ſerenum et temperatum juxta muros urbis manu ducitur. Eo in loco ſolus recumbens, quæ ab hoſtibus paſſus eſt, miſere deplorat. Quem ita jacentem, et triſtes edentem querimonias vident homines quidem Iſraelitæ, Samſonis cœtanei et tribules, ex quibus conſtat Chorus. Hi advenientes mentem amici infelicis quam maxime conſolari quærunt. Adeſt præterea Manoas, Samſo-

nis longævus pater, eadem, qua Chorus, ſolicitudine permotus. Is adeo Samſona certiorem facit, qua de cauſa hoc iter ſuſceperat: ſcilicet ut libertatem filii et immunitatem perficeret. Poſtremo a Palæſtinis haſce ferias proclamari, Dagoni celebres, et triumphales, qui eos a Samſone liberaverit. Hinc incrementum doloris captivo exoritur. Manoas autem ad urbem ſe recipit, Palæſtinorum quinque principes aditurus, et rogaturus filii liberationem. Profecto ſene, alii quidam ex urbe Samſona aggrediuntur; et tandem advenit præco quidem Palæſtinorum, qui captivum ad feſtum invocat, ut coram principibus, et omni populo, miri roboris portenta aperte et luſorie demonſtret. Primo igitur iturum ſe negat Samſon, et præconem ſumma cum contumelia amovet: donec juſſu divino hæc fieri monitus, ſacrificiis adeſſe non amplius recuſat. Et præconi, non ſine magnis comminitationibus regreſſo, ſocium ſe adjungens, unaque ire conſentiens, fratres in eodem loco relinquit. Rediens ex urbe Manoas, ſpem filii liberandi quam fovebat animus, Choro denarrat. In medio autem

colloquio

colloquio advenit festinanter vir quidam Hebræus, et catastrophen (primum turbate et confuse, post autem ordinatim, singulatimque) refert—quæ scilicet Samson hostibus intulerat ex consulto, quæque fortuito sibi ipsi. Eoque modo finis datur tragœdiæ.

DRAMATIS

DRAMATIS PERSONÆ.

SAMSON.

CHORUS Israelitarum e tribu Dan.

MANOAS.

DALILA.

HARAPHAS.

PRÆCO.

NUNCIUS. &c.

Prologum autem agit SAMSON.

SAMSON AGONISTES.

ACTUS I.

SAMSON, manu pueri (mutæ perſonæ) ductus, loquitur.

IAMBI.

ULTERIUS, precor, benigna manu cæcos
Greſſus, o puer, ulterius dirigas.
Ille enim vicinus colliculus, et gelidam poteſt
Umbram dare, et calorem ſolis.
Ibi ſedeo, ſi quando aliquid otii
Accipere poſſum a quotidianis laboribus.
Rarum vero hoc gaudium *eſt*. Namque in vinculis
Triſtis mihi miſero ſervitus obeunda eſt,
Sudanti indies in odioſa domo,
Ubi noxius vapor membra corrumpit.
Illic autem pauliſper gratam reſpiro auram,

Puras

Puras vices, et intermiſſionem laborum.
Jamque locum advenimus, quem petivi.
Ibi depone me, et ad lætos amicos
Quam citiſſime revertere; namque hodie ſunt
Feriæ Dagonis, numinis maritimi,
Et invito, neque ex animo, ceſſationem laboris
Mihi conceſſerunt leges Palæſtinorum.
Idcirco volui fugere infidelium
Turbam, et profanos ritus — et hoc loco tranquille
Dare requiem corpori a ſævis laboribus.
Ubi autem remedium eſt perturbatæ mentis?
Quiſnam exitus a miſeris curis reperiendus,
Quæ, ſicut veſpæ pertinaces, ad caput meum
Semper volitant, unde nimis acerbe ſentio
Amiſſam gloriam, et præſens dedecus.
Hei mihi! quare vox Angeli prædixit
Natales meos, cum in fumo
Splendide aſcendens, parentibus meis portentum,
Venti alis *invectus* volitavit, ut qui attulerit meæ
Patriæ myſticum aliquid beneficium!
Quare adeo ſeorſim a cæteris mortalibus nutritus ſum,

Jam

Jam inde ab incunabulis, ut cœleſte germen,
Deceptæ patriæ ſpes, et gaudium,
Si me oportuit proditum, captivum, cæcum,
Hoſtibus irridendum, amicis infamem, mori?
Heu divinitus miſſæ vires! Ad hoc tendit
Robur manuum *mearum*, ut profana opera,
Brutorum, non hominum labores,
In piſtrino indies miſer exantlarem?
Olim nuncius cœleſtis prædixit,
Salutem mea dextra patriæ ferendam eſſe:
Ubi nunc ille ſalutifer? Submiſſus ipſe jugo —
Infelix ſervus Palæſtinis, captus oculis.
At o conflictata miſeriis anima, queſtus reſtinguas,
Et tacita maneas, ignara quid conveniat.
Mea ipſius improba nequitia
Divinæ vaticinationes irritæ factæ ſunt:
Samſon ſolus, infauſtus Samſon, vituperandus.
Ego enim DEI auguſtum munus, robur,
Myſteriumque nulli revelandum, amens
Silentio premere recuſavi; et cedens lachrymis,
Fœmineo dolo facile deceptus ſum.

O corpus robuſtum, debilis vero anima!
O quam parvi ſunt pretii immenſæ vires,
Moles rudis et difficilis, ni ſit prudentia!
Nam ſi vir ſapiens pollet viribus, optime eſt:
At ſi quis (potentia manuum vehementer elatus,)
Sibi confidit, omnia patitur miſerrima.
Mihi DEUS robur prodiga manu dedit:
Robur nulli æquiparandum, in capillis autem
Levibus collocatum, irritum munus!
Rurſuſne quereris, infelix? Ignoraſque, DEUM
Secretis, at ſapientiſſimis legibus
Cuncta dirigere, obductum tenebris?
Hoc ſolum bene notum eſt, quod immane robur
Mihi gravium contulit malorum ſeriem,
Quarum vel minima horrenda eſt toleratu:
At cæcitatem præter omnia deploro,
Miſeram matrem innumerorum dolorum!
Namque me cæcum ſemper hiſce impuriſſimis
Hoſtibus verſari, id quidem plus affert triſtitiæ
Quam et vita egena, et captiva vincula,
Et omnia quæ mortalibus accidant infortunia.
His ab oculis lux cœli fugit,

Prima et pulcherrima rerum creatarum:
Lux, et ſocia lucis voluptas periit,
Lenimen curæ, media in triſtitia gaudium,
Nunc omnibus miſerior ſum
Hominibus, brutiſque animalibus—namque brutis
Frui licet grato ſolis lumine;
Ego autem infelix, malignis dolis obnoxius,
Nullo modo liber, ſed vi ſubjectus
Superbis hoſtibus, ſemi-mortuus reſto,
Intra, et extra, ſtultus. O caligo, caligo!
O dies alma, omnibus præterquam mihi, præſens,
Ubi aufugiſti? O divinum mandatum,
"FIAT LUX," (et *lux* ſtatim fiebat)
Quare a tuo imperio miſer exulo?

MONOSTROPHICA.

O venerandi ſolis orbis,
Non te jam aſpicio, me miſerum!
At obſcurus et tenebroſus
Semper manebis, (hei mihi!)
Ut in caliginoſa nocte

Splendore carens luna,
In ipſo novilunio.
At ſi lux idonea eſt,
Et vitæ neceſſaria,
Animæ ſoboles,
Quæ penitus
Æterno ſplendore
Læta fruitur,
Quare adeo
Exiguis in membris
Lumen corporeum
Omnipotens DEUS
Collocavit, et conſtituit?
Nam ſi lucidum eſſet
Totum corpus humanum,
Tum non facile
Hoc gratiſſimum
Cœli munus
Homines auferrent hominibus —
Ego communem lucem
Jam nunc aſpexiſſem,
Neque vivis mortuus

(Ita

(Ita ut nunc fit)
Mortuus interfuiſſem, ſine quiete mortis.
Nunc vero acerbis doloribus
Cruciatus ſum miſer, (heu, heu!)
Talem vitam hodie
Sub manibus infidelium
Barbarorum ago.

ANAPÆSTI.

Taceas autem, infelix!
Strepitus enim frequentium pedum ad aures
Pervenit; hoſtium forte *greſſus* pertinacium
Huc advenientium; qui me videntes
Cor ærumnoſum impie
Vexabunt, irridentes
Bellatorem prorſus devictum.

CHORUS,

CHORUS, SAMSON.

EPODICA.

STROPHE.

CHORUS.

QUIETI eſte, quieti —
Illum, quem cernere voluiſtis,
E longinquo aſpicite,
Heu, reliquias Samſonis! temere quoque
Pronum humi jacens
Auguſtum, et infelix caput!
Præterea, aſpicite ſervilibus
Pannis velatum corpus,
(Male adaptatis, ſqualentibus,)
Generoſum corpus, cujus olim
Egregia gloria
Omnem terram pertranſivit.
Hiccine eſt Samſon?
Hiccine, patriæ

Mirandus

Mirandus, leonis occiſor,
Exercitum armatum
Qui olim inermi vertit
Ad turpem fugam dextra?
Neque enim profuit clypeus,
Fruſtraque gladium
Vibrarunt hoſtes.

ANTISTROPHE.

Sin aliquis prudentiore
Præditus erat animo, longe remotus a pugna
Infauſta ſtabat,
Cum nobilis heros irruit
In hoſtes, æratam
Contemnens armaturam.
Leonis enim inſtar, aggreſſus eſt
Adverſarios — tum intremuit
Bellator Aſcalonius,
Dum ille in proſtratos duces
Gaudens virtute
Alacri pede inſiluit:
Dum ille ethnicos

Mille

Mille egregios
Trucidavit, aſininum
Os *in manu* quaſſans.
Poſtea, avellens dextra
Ingentes portas
Gazæ, ad Hebrona montem *illas*
Validos in humeros
Sine labore portavit.

EPODOS.

Unde ordiemur luctus?
Captivitatemne, an
Cæcitatem plorabimus?
Tu enim duplices compedes, duplicis
Crudele ſuſtines onus
Catenæ — hæc adeo, mentem,
Illa, egregium corpus
Miſere, miſere diſcruciat.
Teſtis eſto nunc evanidum
Fulgur oculorum tuorum;
Teſtis, intimi pectoris

Sævior

Sævior caligo!
Et corpus ſimul, et animum,
Expers ſpei dolor,
Et nox pernicioſa obruit.
Quam inſtabiles ſunt res humanæ,
Quam vana mortalium gloria eſt!
Hoc ex tuis infortuniis,
O omnium hominum fortiſſime,
Omniumque ſimul miſerrime,
Facile comperimus.
Neque enim illum miror, fortunæ
Qui multa dona, et proavos
Illuſtres numerat:
At te *miror*, cujus eximium robur
Non ſolum patriam
Servaſſet, verum etiam gentibus
Leges dediſſet, ſi tantis viribus
Virtus divina
Comes adeſſe,
Et prudens adjutrix, voluiſſet.

IAMBI.

SAMSON.

AUDIVI vocem — at quæ dicta ſunt,
Hoſtilia ſint an amica, incertus ſum.

CHORUS.

Amici, adeamus *hominem*. O infelix *Samſon*,
Olim gentis Iſraeliticæ gloria, nunc autem dolor,
Nullus adeſt irriſor, aut infenſus;
Sed qui in Zora habitant amici *tui*,
Ob ſæva *tua* infortunia dolentes animo.
Quin huc advenimus, ſi quid gratum mentis
Lenimen afferentes, et ſanantia verba,
Dolorem tuum allevemus. Certe amicorum
Præbet, (ut medicamenta ſtillantibus vulneribus)
Potens remedium afflictæ menti loquela.

SAMSON.

Recte judicatis. Salvete, o cari!
Nam vos in hiſce miſeriis mihi
Multum gaudii affertis. Probe jam novi

Me

Me priore gratia non ejectum esse,
Nec pristinis amicis omnino privatum.
Longe enim vanæ turbæ aufugerunt
Fratrum infidelium, qui in tranquillitate vitæ
Adsunt blandientes — in procellis non *adsunt*.
Videtis me, aspicitis me, quanta patior mala:
Malorum autem quod videtur esse maximum,
Miseram cæcitatem, nunc æqua mente sustineo.
Quo autem modo vos intuerer infelix,
Hisce in compedibus, hac in ignominia positus?
Qua autem de causa hic jaceo miser? qua ratione
Illustris spei feci naufragium?
Mulier, mulier vicit me. Propter illam
Mandata DEI amens prætermisi,
Et mystici roboris celatos fontes indicavi.
Horrendum est rogatu — sed tamen dicite.
Nonne me decantat, et libere irridet
Patria civitas, tumultuosos clamores excitans?
Nam hostibus amaros risus præbeo,
Qui propter invidiam mordentes nomen
Herois,

Herois, verba effutiunt in me contumacia.
Cæterum jure optimo hæc ita ſunt:
Certe æquum eſt ſummam pati infamiam
Samſona, corporeis viribus excellentem,
At ſapientia (meliori dote) non præditum.

CHORUS.

Bona verba loquere: ſæpe prudentiſſimos
Homines decepit mulierum aſtutia:
Fruſtra aliquis ſapientiæ armis contra haſce inſtructus eſt.
Commune hoc peccatum, et venia dignum. —
Idcirco neque te ipſum diſcrucies,
Neque foveas mala, dolorem dolori adjiciens.
Una in re tantum dubito,
Quænam voluptas externi conjugii habuit
Te, valentem ex omnibus puellis Iſraeliticis
Uxorem duxiſſe pulchriorem, nobilioremque.
Impia connubia originem præbuerunt malorum,

SAMSON.

Mihi quidem Thamnæa virgo placuit,
At non parentibus meis. Succenſebant enim
Filio, hoſtibus affinem jungenti ſe,
Et connubia petenti, quæ nefas petiviſſe.
Illi enim ignorabant, at ego probe novi
Jubentis DEI inſpirationem.
Idcirco hoc feci — ut eo modo
Miſeræ patriæ liberationem afferrem,
Et opus perficerem, ad quod perficiendum deſignatus eram.
Cum autem illam per inſidias amiſerim *conjugem*,
Iterum duco uxorem (ah miſeræ nuptiæ!
Ah triſte connubium!) Dalilam
E valle Sorec, ſplendidam perniciem!
Meliorem cauſam hinc exoriri credebam
Certaminis ineundi; et has nuptias petentem me
Iterum vindicem fore caræ patriæ.
De ſpe decidi — at hujuſce
Infortunii Dalilam non incuſo,

Sed

Sed me ipſum, vecordem, inſipientem,
Fœmineis victum illecebris.

CHOROS.

Nunquam remiſſus eras: in articulo pugnæ
Omnem arripuiſti in hoſtes occaſionem,
Idoneam ad ultionem—hoc probe novi.
At triumphos agunt hoſtes; et cogitur
Iſrael violentiam ferre tyrannorum.

SAMSON.

Amice, hæc crimina aliis objicite,
Nam duces miſeræ patriæ *meæ*
Videntes qualia per meum ſolius robur
Splendebant miracula, nunquam opitulati ſunt,
Neque benignitate DEI O. M. frui voluerunt.
Quin ego ob præclara facta mea minime elatus eram,
Uti garrulus, aut humanæ laudis ſtudioſus:
Ipſa enim facta mea, licet muta eſſent, actorem
Qui *talia* geſſerit, probe demonſtrarunt.

Interea

Interea multum-ſtrepens rumor
Meam gloriam omni Iſrael denunciarat:
Ipſi autem *duces* contempſerunt et neglexerunt amicum.
Cum autem veniſſent Palæſtinorum turmæ
Quærentes Samſona, tum linquens
Zoram, inter ſcopulos Ethan delitui:
Nil quidem metuens, at quærens, unde
Maximam ſtragem hoſtium facere potuiſſem.
Illic advenit exercitus noſtratium
E tribu Juda, qui barbaros timebant.
Iſtis confiſus ſum, qui me non invitum abduxerunt—
Abduxerunt quidem, at prodiderunt hoſtibus,
Ligantes membra *mea* vinculis e junco plexis.
Tum inexpectatum cernere erat miraculum:
Diſrumpens enim confeſtim vincula, (ut tenuem ſtupam
Edax flamma devorat) interritus exſilio,
Et armatos inermis pugna evertens,
Impium ſanguinem fundo terræ libationem—
Fuga ſola præbuit *hoſtibus* ſalutem.

Exinde

Exinde libertatis erat occaſio:
Nam ſi patriam ſervaſſe voluiſſent,
Cur tunc temporis morati ſunt,
Cum ita ſe res haberent, oblitique gloriæ
Homines indigenæ? qui ſine labore
Hoſtes potuerant omnino in pugna devincere
Telluris domini eſſe, et urbes evertere?
At fons mali exinde intellectu facilis eſt:
Si per ſuam ipſorum ſtultitiam, et peccata,
Homines nefarios et excordes
Servitus invadat, tum populus
Alieno jugo non plane repugnant,
Sed extremum dedecus turpiter colunt;
Quia captivitas ignaviam affert,
Et probroſa otia; libertas autem labores *parit*.
Sin autem ſurgat aliquis, etiam adjuvante fortuna,
Hoſtium punitor, patriæque defenſor,
Non ille honorem ſibi parabit,
Sed odium, graveſque invidias.
Nullum habet adjutorem, aut ſocium laboris:
At populares, ſumma in illum dicentes
Convicia, bene facienti mala rependunt.

Illa,

Illa, illa meorum egregiorum operum,
Splendidæque virtutis ſunt præmia.

CHORUS.

Sic olim non impune probro affecerunt
Incolæ Succoth victorem Gedeona,
Fugientes reges Midianiticos perſequentem.
Et *tribus* Ephraim miris modis contempſit
Heroa Jephtham, ſummum decus Iſrael,
A pugna revertentem, et afferentem
Sibi ipſi luctus, at honorem patriæ.

SAMSON.

Conſcribatur eorum *nominibus* nomen meum.
Ego conſcius ſum me peccatorem eſſe, et ſtolidum;
Illos autem oportuit non abjeciſſe
Spem tantam, neque contempſiſſe DEUM.

ANTISTROPHICA.

STROPHE I.

CHORUS.

Splendidum, et illuſtre
(Sicut clari Solis)
Divini Numinis juſtitia
Lumen oſtendit mortalibus.
At non perſpicuum oculis
Inſipientis viri,
Qui ſuo ipſius inſano impetu
A veritate ultro aberrat.

ANTISTROPHE I.

Impii vero, et qui DEUM non colunt,
Multa dubitantes, et multa
Stolida in animis habentes conſilia,
Pravas opiniones tenent,
Corruptæ mentis fructus.

Qui

Qui ſcilicet de rebus divinis
Inepte cogitantes,
Incaſſum laborant.

STROPHE II.

Namque in Omnipotentem volunt
Mortalia vincula imponere,
Perinde ac ſi noſtris legibus
Illum parere oporteret.
At ille ſui juris eſt, ſuaque ſponte imperat:
Hominem etiam, quem voluit,
Ipſe juſſit
Omnis peccati expertem
Sine certa lege modoque vivere,
Quem olim deſignaverit
Hoſtium vindicem,
Et gentis Iſraeliticæ defenſorem.

ANTISTROPHE II.

Igitur huncce Samſona permiſit
Cum gente barbara fœdus firmantem
Sacras leges negligere

Nazarenæ inſtitutionis.
Quid tum? Sileant inſipientium
Hominum cogitationes temerariæ
Sileant et dubitationes.
Nam ſi Dalila adultera
Evaſit, et impia proditrix,
Non ob hæc in culpa eſt
DEI omnia perſpicientis
Perfecta Juſtitia.

FINIS ACTUS PRIMI.

SAMSON AGONISTES.

ACTUS II.

CHORUS, SAMSON, MANOAS.

IAMBI.

CHORUS.

AT at pater tuus advenit,
Infelix Manoas: novi enim canos capillos,
Novi oculos *ſenis* circumſpicientis, tantum eſt illi
deſiderium
Conſpiciendi filium captivum.

SAMSON.

Hoc adeo malum *prioribus* malis meis adjicitur.
Quo modo eum vitabo? quas tenebras circum me
Jaciam, longævi *patris* oculos fugiens?

MANOAS.

MANOAS.

Amici Danitæ (novi enim vos
Samſona, quamvis infelicem, curantes)
Vos quidem celeri pede ad hanc barbaram urbem
Adveniſtis, utpote juvenes, et alacres. Ego vero
Et ſenio, et mæſtitia tardatus ſum miſer.
Anne ſcitis, ubi inveniam
Filium infelicem, fontem malorum meorum?

CHORUS.

Illic pronus jacet miſero modo;
Triſte ſpectaculum omnibus; at patri triſtiſſimum.

MANOAS.

Odiram ſpei fruſtrationem!
In hiſce vinculis, hoc ſervili ſtatu
Videone delicias patriæ, terrorem hoſtium,
Angelis parem, pugna invictum, Samſona?
Qui (nunc ignavis et imbellibus viris ludibrium)
In plateis Palæſtinæ urbis
Neminem metuens, indomituſque, dudum inceſſit?

Qui

Qui in hoſtilia agmina ſolus impetum faciens,
Pulſavit, perturbavit *eos*, omni gloria inſignis?
O *fili* infelix! hei mihi!
Ecquid habent conſtans aut ſtabile in quo confidant
Vani mortales, vanorum parentum ſoboles?
Qui cum aliquid petant, ſi voti
Compotes ſint, cætera *omnia* miſerrima habent?
Ego petivi infelix filium—filius natus eſt mihi
Egregius, ita ut omnes fortunas meas laudarent,
Et me, non ſine invidia beatum dicerent:
Quis hodie iſtius filii pater eſſe vellet?
Quare, o DEUS, audiſti preces miſeri
Splendorem dono adjiciens?
Quare volens volenti munus præbuiſti,
Ita dilectum, et nobile, poſtea
Has miſerias exinde illaturus *mihi?*
An propter hoc Angelus olim bis reliquit
Splendidum thronum? et mirandam educationem tuam
Propter hoc, o miſer, præmonſtravit, ut illuſtris
Heros pauliſper, omnibus hominibus mirandus *eſſes*,

Et

Et poſtea inconſtantis fortunæ ſævas
Noſſes viciſſitudines, omnia uno in die
Perdens, robur, lumina, libertatem, DEUM
Suum?
Hei mihi! quare hæc ita ſunt? Si propter infirmitatem animi
Peccet infelix ille, quem deſignarunt
Dei omnia dirigentis conſilia,
Virtutis eſſe aſſertorem, et liberatorem patriæ,
Cur illum videmus, procellis
Miſeriæ *agitatum*, infamem, affectumque ignominia?
Quid refert, quod olim inſignem habuit gloriam,
Si talem virum opera *ejus* feliciter peracta
Ab hoc dedecore liberare non valeant?

SAMSON.

Ne, precor, filii tui ſortem deplorans,
Divina conſilia vituperes: peccatorum
Juſtos, licet ſeveros, experior fructus.
Nam dona, quæ amiſſa deſles,
Egomet mihi certe abſtuli, pater,

Qui

Qui alienam conjugem e gente Chananæa demens
Participem feci divini muneris.
Neque prudenter me geſſi, propter experientiam
Quam olim habui Palæſtinæ fraudis.
Primum quidem Thamnæa *uxor* verſuto dolo
Mentem *meam*, captam dulcedine, permulſit;
Et ænigma, prius incompertum, ediſcens,
Confeſtim ſceleratis pronubis plane enunciavit.
Poſtea vero prorſus peſſundedit me
Viperea iſta atque audaciſſima fœmina,
Impia Dalila! nam primis in nuptiis
Fames argenti impura ſeduxit eam *ad crimen*,
Unde hæc exoriuntur infortunia.
Ter omnes exhibens blanditias
Multis precibus cruciavit me, ut roboris *mei* cauſam
Denunciarem—ter me id dicturum nego;
Et rideo amens, licet impudentiam noverim
Conjugis, et mentem plane infenſam, quam demonſtravit.
Quarto autem, (quo pacto cætera confitebor?)
Fœmineis armis me adorta eſt:

Multoque ſermone, lenique ſuadela,
Multoque ſtrepitu fictarum lachrymarum
Et intempeſta nocte, et per totos dies miſeram
Mentem dolo aſtuque non ceſſat decipere.
Donec, muliebri fletu defeſſus,
Tanto devictus clamore et ſonitu,
Cedo aſtutiæ, (me miſerum!)
Et omnia oſtendo, quæ prius celavi.
Ita captivus fœminæ peccavi, genitor,
Peccavi—O res horrenda! O profanatio!
O captivitas, hiſce catenis infamior!
Nonne vides meorum malorum
Quæ patior, ſingula hinc exoriri?
Cæcus, proculdubio, cæcus ab iſto die
Fui, et ſervus—Servus enim ille *eſt*,
Qui nefariis fœminis obſequitur;
Et cæcus, qui in ſummis infortuniis
Verſatus, damna quæ patitur, non videt.

MANOAS.

Mihi quidem, o fili, iſtæ Palæſtinæ nuptiæ
Nunquam gratæ *erant*—at ſic aiebas;

" Æquo

" Æquo feras animo hæc conjugia; ne me in-
" cuſes:
" DEI O. M. conſilio iſtæc fiunt, pater, haud
" meo.
" Sic enim inveniam deinceps in hoſtes
" Meliorem acerbæ vindictæ occaſionem." 485
At nihil evenit uti ſperaſti;
Te autem, infelix, hac de cauſa aſpicio
Convicia præbentem hoſtibus, triſtitiam amicis
tuis—
Namque conjugi obtemperans, et affectus
Stimulis voluptatum, non tacuiſti, o fili, 490
At tacenda locutus es; quod *tamen* peccatum
Gravi pœna rependebas, et jam nunc rependis.
Hodie tamen vel graviora ferenda ſunt:
Nam fortunati hoſtes in Gaza inſignes
Epulas inſtaurant, et Dagona in cantilenis 495
Victorem celebrant, qui te captivum
Cæcumque fecerit, *te* terræ vaſtatorem,
Te perniciem, *te* ſtragem exercitibus *inferentem*.
Sic Dagoni quidem gloria, at opprobrium
DEO maximo, ſapientiſſimoque, 500

In impurorum hominum comeſſationibus decantabitur.

Tantæ taliſque profanationis, o Samſon,
Tu auctor, tu cauſa es.
Quod quidem damnorum tuorum videtur eſſe
Graviſſimum, cumulus miſeriæ, ipſa vis mali.

SAMSON.

Recte dixiſti—nihil habeo, quod reſpondeam.
Sponte mea peccavi, et mea cauſa, pater,
Homines pervicaces tam elato ſunt animo.
Ego Dagoni has laudes præbui;
Ego triumphos ethnicis *dedi*, et lætitiam:
Et impii homines, meam videntes
Calamitatem, unicum DEUM contemnunt.
Imo vero audi vel gravius infortunium:
Pietatis *nempe*, et fidei, quæ ſupererant
Miſeræ reliquiæ in miſera patria,
Perierunt, fugerunt, et ad nihilum
Mecum una redigentur.
Idcirco dolor, uti par eſt, macerat
Expers quietis corpus, expertem ſolatii animam.

Tamen

Tamen accipe, quam ſolam ſpem concipio.
Me jam ſuperato, auſus eſt Dagon
(Fretus victoria, qua me mortalem vicit,)
Dirum certamen aggredi: et DEUM quem colo
Provocare ad pugnam non metuit.
Sic ego e medio receſſi—at inter DEUM
Interque impium Dagona manet contentio.
Nonne igitur dicto citius, o rex Iſrael, pravum
Idolum male afficies? Hæccine ita erunt?
Bono ſis animo, pater—vincet nomen divinum;
Parva manent hiſce infidelibus gaudia.
Cedet iſte Dagon; et in fugam verſus
Hæc trophæa deſeret, quæ nunc arroganter
Oſtentat, a me ipſo avulſa.

MANOAS.

Erunt hæc *omnia*, ut jam nunc
Gratam vaticinationem prædixiſti:
Ipſius DEI refers decreta, o care fili.
Non enim hunc Dagona ſinet
Suæ gloriæ participem fieri: ſed dextera
Impium hoſtem ſtatim caſtigabit.

Nunc

Nunc autem ego abeo—et conabor
Quam citiſſime te ab hiſce catenis liberare.
Quo enim modo potuerit quiſquam videre
Dolores tuos, et dolentem negligere?
Neque ego neglexi—namque *hujuſce* terræ principes
Supplex adortus ſum, non ſplendida potens
Afferre munera, at proſternens me, oravi
Ut exigua dona (exigua certe, tamen
Quæ habeo *optima*) ſumentes, te a vinculis
Liberum abſque mora dimitterent:
Quia priorum peccatorum
Pœnas dediſti, ſumma affectus contumelia;
Neque deinceps gravem aut noxium
Te, expertem luminis, futurum eſſe;
Te ipſa morte triſtiora patientem
Mala: namque ſemel mori præſtat,
Quam longam vitam infeliciter agere.

SAMSON.

At non me ſuadebis—hic manebo, pater.

MANOAS.

MANOAS.

Ceſſaſne? neque domum revertî velis?

SAMSON.

Abi, ſenex; non habes amplius filium.

MANOAS.

Amens es animi, o miſer, propter infortunia tua.

SAMSON.

Sola mors me juvare poterit.

MANOAS.

Nonne te, ſi poſſes, ſervare cupis?

SAMSON.

Non injuria pœnis afficiuntur, qui peccatores ſunt.

MANOAS.

Libertatemne averſaris, infelix?

SAMSON.

Ferenda, non fugienda ſunt hæc mala. 565

MANOAS.

At DEI dona ne contemnas.

SAMSON.

Det mihi veniam—aliud non peto.

MANOAS.

Et dabit veniam clemens DEUS, o fili.

SAMSON.

At patria non ignoſcet mihi—hinc dedecus oritur.

MANOAS.

Quod ſupereſt vitæ domi tranquille ages.

SAMSON.

Mea ſcilicet vita mire admodum jucunda eſt!

MANOAS.

Forte a DEO monitus hæc loquor.

SAMSON.

DEUS reliquit me, neque curat quæ patior.

MANOAS.

MANOAS.

Omnemne igitur ſpem rejicis, infelix?

SAMSON.

Moriar — hæc ſpes eſt infelicium, pater.

MANOAS.

At quid interea facies, o miſer?

SAMSON.

Omnem dolorem exantlabo — Sic ſtat ſententia.

MANOAS.

Quid ais? moremne geres Palæſtinis lubens,
Et turpem ſervitutem ultro ſubibis,
Benefaciens ſuperbis *hoſtibus*
Cum illis donis, quæ ad vindictam dedit tibi
Omnipotens Cœli et terræ Dominus?
At bono animo ſis — namque ille DEUS,
Qui videns te olim poſt præclarum certamen
Labore et ſiti depreſſum, tuis motus precibus

Recens-creatis laticibus liquores præbuit,
Et ſitim extinxit, ille *Deus*, (probe novi,)
Facile poterit iterum afferre
Recens-creatum lumen cæcis oculis tuis.
Et hæc non ſine cauſa idonea
Loquor: quare aliter habes, o fili,
Novum robur, cum novis capillis una ortum?
Putaſne ſapientiſſimi DEI
Inania eſſe dona, et non ſalutifera?

SAMSON.

Hei mihi! patriæ incommoda felicem
Habebunt exitum; id calleo: ego autem perii.
Neque dulce lumen iterum aſpiciet oculus,
Neque vita longum habebit ſpatium.
Innumeris doloribus tabeſco, mi pater:
Omne gaudium abiit; et atrum ſepulchrum
Cito et gloriam et ignominiam meam velabit,
Et frigida morte prehenſus ero miſer.

MANOAS.

Minime, minime *hæc ita erunt*; at tu ſemper mœſtus,
Infelix,

Infelix, et ſævum animi morbum alens,
Spem omnem abjicis, neque te credis
Ulla medela poſſe ſanari.
Abeo tamen—namque mihi eſt opus
Summi ponderis, o fili; ſcilicet ut te ex hiſce laboribus liberem.
Nam ſi tu gratam ſpem abjicias,
Non tamen ego bene ominari ceſſabo:
Hoc parentibus commune eſt, ut natorum cauſa labores ineant.
Salvus ſis igitur—mentemque reddas tranquillam,
Auſcultans verba horum illuſtrium amicorum.

MONOSTROPHICA.

SAMSON.

Me miſerum! quid mihi eveniet?
Me miſerum! hæc mala
Toleranda eſſent,
Et ferenda, ſi diris viribus
Furens morbus
Corpus ſolum cruciaret:

At in intima anima
Doloris tela
Crudelia fixa ſunt. Ceſſate,
Ceſſate a ſævitia,
Amaræ ſollicitudines!
Amovete a præcordiis
Iſtud maximum infortunium.
Hei mihi—fruſtra lamentor.
Nam doloris inſanabilis
Mens adhuc vexatur *mea*
Tarda, tarda macie.
Et peccati conſcientia,
Ut malus dæmon, facem
Edacem urget
Per jecur, per præcordia.
Et, ſtimulo terroris acuto,
Morbum, cerebrum *meum* cruciantem,
Et mentis deſtructionem,
Et motum inſaniæ,
(Miſerandos dolores)
In me infelicem immittit.
Neque inveniendum eſt remedium

Ex aura montana,
Aut rore ſtillanti.
Cum autem obſcura luna
Tenebris velatur,
Quietus et lene-ſpirans ſomnus
(Doloris neſcius,
Lachrymiſque non irrigatus)
Hiſce in palpebris
Non pernoctat.
Quo fit, ut in extremis verſer miſeriis,
Omni ſpe carens,
Et cœleſti gratia
Miſere orbatus.
At olim, (hei mihi!)
Deliciæ fui
DEI Omnipotentis;
Meos natales
Binis vicibus a Cœlo deſcendens
Angelus ejus prædixit.
Per bonitatem ejus
Jam inde ab incunabulis
Nutritus ſum ad omnem

Virtutem,

Virtutem, et fortitudinem.
Et præclara geſſi facinora,
Gloriam ab ethnicis
Egregiam referens.
At hodie infamem
Reddidit me *Deus*, et ignobilem:
Et *me* in manus barbarorum dedit
Hoſtium, quos laceſſivi
Olim, ſuo ipſius juſſu.
Qui me tenebroſum, cæcum,
Summis injuriis
Lingua mordaci afficiunt.
Quare deſperans oro *Deum*
Haud magnam gratiam, inſtantem mortem;
Finem ſævorum
Infortuniorum, quæ patior.

ANTI-

ANTISTROPHICA.

STROPHE I.

CHORUS.

Et veterum ſcriptis
Et recentiorum *hominum*,
Ubîque inveniendæ ſunt magnificæ
Laudes patientiæ:
Ut miſeri mortales
Ab illorum ſententiis habeant
Doloris remedium, et ſeveræ
Triſtitiæ lenimen.

ANTISTROPHE I.

At mens, ſævorum malorum
Stimulis agitata,
Hanc medelam averſatur:
Et reſpuit ſapientiſſimorum
Philoſophorum conſilia,
Donec miſericors DEUS

Tranquillam

Tranquillam mittat
Et abundantem gratiam.

STROPHE II.

O venerande Rex mortalium,
Omnia juſte facis:
At difficilia inveſtigatu *ſunt*
Tuæ providentiæ opera, o DEUS!
Neque indagandæ *ſunt* tuorum
Decretorum rationes.
Tu ſplendidum Angelorum cœtum,
Tu omnes res creatas
Immutabili lege
Dirigis—at homines,
(Heu miſeros homines!)
O Rex tremende, o juſte,
In variis *humanæ* vitæ mutationibus
Tu variis modis gubernas.

ANTISTROPHE II.

Neque vulgus ſolum,
Homines ignobiles, et ſine nomine,

Haſce

Haſce ſubeunt vices —
At illuſtres *viri*, et præclari;
Divinæ gloriæ miniſtri,
Tuique populi, *o DEUS*, liberatores.
At cinis, et ſomnium, et umbra *eſt*
Gloria mortalium.
Etiam optimi homines paſſi ſunt
Repentinam et crudelem mortem,
Si Pater *cæleſtis* iratus
Vultum, gratiam abſtulerit.
Nam illo juvante, omnia proſpere evenerunt;
Abſque illo, omnia fuerunt miſerrima.

STROPHE III.

Hunc in pugna enſis ferit —
Ah miſer! relictum eſt frigidum cadaver,
Voracibus canibus opima præda.
In captivis autem catenis
Illos tardum inſequitur fatum.
Quin viris inferioribus
Nulla *eſt* felicitas;
Sed pernicioſi morbi,

Vel miſera ſenectus,
Triſtes labores afferunt.

ANTISTROPHE III.

At o maxime Cœli Domine,
O Rex Regum, clementer exaudias—
Miſerere, miſerere, precor,
Illuſtrem, infelicem
Samſona: — hiſce malis
Exitum non infauſtum concede;
Neque ſinas, o DEUS,
Illum, qui olim tuus erat miniſter,
A ſævis hoſtibus
Contumelia affectum, mori.

FINIS ACTUS SECUNDI.

SAMSON AGONISTES.

ACTUS III.

CHORUS, SAMSON, DALILA.

IAMBI.

CHORUS.

HEM—quid eſt? video mulierem *quandam*,
Pulchram *quandam* mulierem, quæ aureo
Splendens amictu huc advenit.
Leni autem vento leniter movetur
Album velamen, ſicut linteum navis,
Quæ per undantes fluctus ſecans viam,
Dulci ventilatione auræ delectatur.
Cincta autem formoſa puellarum corona
Appropinquat. Eſtne ea?—an mens errat?—
Non fallor, o miſer—nimis admodum novi illam quæ venit,

Conjugem tuam, nec tamen conjugem, cauſam malorum tuorum.

SAMSON.

O deteſtanda *mulier!* amici, ne ſinite ut accedat.

CHORUS.

Quin in faciem cæci mariti
Lugubre intuens, tacita manet.
Nunc autem vultum demiſſa, caput avertit:
Tum lachrymoſus imber ab oculis manat,
Ut puri ſtillæ roris a flore *decidentis*
Guttis lucidulis terram irrigant.
Iterum vero adeſt, uti te allocutura.

DALILA.

Multis doloribus percuſſa mentem,
Samſon, adſum, iras tuas formidans.
At hiſce infortuniis non extinctus
Amor miſit me—et advenio, carum conjugem
Cupiens ſimul, et metuens, coram aggredi.

Quo

Quo enim modo te poſſum intueri,
Quæ te amantem, bonumque, auſa fui
Male lædere; ſerius ſentiens
Me dementem animi peccaſſe?
Talia infelix in conjugem meum machinata ſum,
Et perpetravi ſimul. At harum lachrymarum,
Si lachrymis ineſt vis propitiatoria,
Effuſum imbrem clementer accipias.
Accipias etiam *me* uxorem (generoſus enim quivis
Proclivis ſemper eſt ad lenia *conſilia*,)
Comitem, laboris ſociam, horum laborum participem,
Quæ per malignitatem ſævæ fortunæ
Hominem in terris longe optimum
Nolens nolentem tali miſeria afflixi.

SAMSON.

O ſcelerata, hæc bene nota *eſt* mihi
Verſutæ mulieris impia aſtutia.
Namque ſummum nefas cum perpetraverit,
Plorat ſcilicet, et fallacium lachrymarum
Impia pluvia genas madefacit.

Neque

Neque veri ſunt tam amari luctus:
At cupit injuria affectum conjugem
Tentare, ut alias deinceps ſtruat fraudes.
Nunc autem, probe imbuta nefariis artibus,
Iterum ad peccatum vergit,
Iterum implorat veniam. Quod ſi compos ſit
Voti, gratia benigni conjugis,
Ipſum oportet longam et ſævam ferre miſeriam,
Cauſam mali ſempiternam habentem ſecum,
Ni miſer ocyus inveniat fatum,
Ut Samſon invenit *tuus*, omnibus mortalibus omen,
et portentum.

DALILA.

Quietus eſto, et me ſinens libere fari,
Exaudi, ſi quid æqui mulier dicat.
Non enim ficta verba ut ſtruerem,
Neque ut te oratione mea obtunderem venio,
Celans crudelia damna, quibus ego miſera
Egregium maritum proditrix affeci.
At ſi hæc omnia in animo recte perpendas,

Fors

Fors fortaſſe erit, o cariſſime, brevi *tempore*,
Tui odii ceſſatio; et mihi *dabitur* venia.
Malo te affecit, ut aiunt, res a ſe alienas
Improbe inveſtigans conjux tua,
Et lingua ſtruens nefaria *conſilia*.
Hoc vere dicunt—Hoc non effugio
Crimen, quod omnibus fœminis commune eſt;
Nam mulieribus hoc eſt gratiſſimum,
Arcana et diſcere, et divulgare.
At te, qui *hæc mihi* patefeciſti, *te*, qui victus
Meis precibus hæc non celaſti,
Ne putes innocentem eſſe—
Tu enim mihi malæ viæ præmonſtrator *eras*.
Et ego hoſtibus omnia narravi:
Ah! tu in culpa eras, qui auſus es
Mulieri, quæ dictu nefas, prius oſtendere:
Hinc tanta mala evenerunt—
Ergo tu te ipſum primo læſiſſe viſus es.
Quin tu infirmus mihi infirmæ, tu peccator
Mihi peccatrici des veniam — ut miſereantur
Tui, Samſon, futura ſæcula.

Nam

Nam qui potentia ſua clementer uti
Solitus eſt, ipſe clementia digniſſimus *eſt*.
Quæ autem feci, non infenſo feci animo:
Æmulus amor perſuaſit incautam mentem
Uxoris tuæ amantiſſimæ. Infelix amor,
Quantæ triſtitiæ auctor fuiſti mihi!
Timui enim miſera ne me deſereres,
Quippe quæ norim fortunas Thamnææ puellæ,
Tuamque animi levitatem. Et quænam mulier
Dilectum conjugem non fidum omnino
Vellet habere, amicumque, mi dulciſſime?
Idcirco hæc myſteria tantum ſcrutabar,
Ut cum didiciſſem cauſam indomiti roboris,
Deinceps virum meum mihi conciliarem.
Quare autem principibus terræ monſtravi
Quæ amore tui celaſſe debueram?
Et hoc exaudi—ut tu mea verſutia
Miſere periiſti, eodem modo ego neſcivi
Me in meipſam inſidias ſtruere.
Priuſquam enim me ad facinus perſuaſerint
Deos invocantes, fidem dederunt reges,
Se nulla te infamia affecturos,

At ſolum (erepto *iſto tuo* formidato robore)
Domi te ſervaturos—aliud autem te paſſurum
Mali a dominis hujuſce terræ, negarunt.
His verbis decepta eram animi,
Et ſtulte ſociam me *illis* conjunxi—namque audax eras,
Et ſæva ad pericula temere irruebas,
Dum ipſa flerem, orba conjuge,
Inſomnis, deſerta, tui expers conſortii.
At ſpes exinde in mente *mea* oriebatur,
Ut dulcibus catenis irretitus
Die nocteque ſalvus fores,
Mihi et amori, non hoſtibus tuis, captivus.
Sic amor ſeduxit me, ſemper offerens
Deceptæ menti futilia argumenta:
Et amorem, invito male facientem,
Juſtum eſſe videtur non ira proſequi.
At, o mea ſtultitia infelix *facte conjux*,
Cariſſime, nobiliſſime *Samſon*, ne me crudeliter
Et ſine miſericordia a te rejicias:

At, quemadmodum omnes *alios* homines virtute antecellis,
Sis mitis, ſis clementiſſimus!

SAMSON.

Dum ſe ipſam incuſat venefica
Aſtutiſſima, mea peccata
Irridet manifeſte, non ſine lætitia.
Abunde enim patet te infeſto animo ad me
Huc accedere, non motam pœnitentia.
Ego fui, ut dicis, magiſter
Scelerum—ego pravæ dux viæ:
Quæ tamen grato veriora ſunt.
Ergo tu eandem veniam, quam ego mihi miſero
Concedo, accipias—at non læta *accipies*.
Uſque adeo meorum peccatorum
Judex ego fui rigidus, et ſeverus!
Tua autem infirmitas, tuæ mentis error
Dignus venia maxime—Quidni? vim auri
Infirma mulier nequit repellere.
Hæc autem excuſatio impuriſſimis *viris*,
Proditoribus, ſicariis patet omnibus.

" Pec-

" Peccavi—Eſto.—Debilis enim virtus erat."
Ne igitur hoc modo veniam ſperes
Invenire, neque a mortalibus, neque a DEO O.M.
Quid igitur? propterne amorem hæc patraſti?
O ſcelerata, num coegit te amor
Tantum nefas in te admittere? quo pacto amantem me eſſe ſperas,
Poſtquam grave odium in pectore accenderis,
Poſtquam noveris me per tua crimina
Miſera affectum ignominia, imo vero perditum?
Si igitur hocce ſcelus diluere ſtudes,
Fruſtra laboras, et ſtultitiæ argueris.

DALILA.

Nonne igitur oportet te hiſce in rebus uti clementia,
Et tui, et mei ipſius cauſa?
Exaudi tamen, quali dolo circundata,
Qualibus inſidiis decepta, decidi.
Non, uti exiſtimas, improba fames auri
Suaſit me ut hæc conſilia ſequerer:

At reges terræ Palæſtinæ
Verſutis conſiliis perſuaſerunt me:
Ita ut neque viri, qui ſapientiſſimi ſunt,
Eorum reſtiterint ſermonibus.
Venerunt enim principes, (non ficta loquor)
Omnes venerunt, et me dictis ſtimularunt,
Multum me hortantes miſeram
Ut illum proderem, qui immani potentia
Exercitus hominum, tanquam peſtis, vaſtavit.
Necnon ſacerdos effata numinum
Prope adſtans clamore edidit — " Nonne verere
" deos?
" Ceſſaſne, Dalila, huic operi incumbere?
" Nonne lubens impium maritum pœna affi-
" cies,
" Hoſtem Dagonis, impium, ſacrilegum?"
Quid potui infelix reſpondere?
Diu tamen amor repugnabat,
Et tacite egregium conjugem tuebatur.
Poſtremo autem id me facturam decrevi,
Dictis ſapientium obtemperans —
Publicum ſcilicet *bonum caræ patriæ*

Privatis

Privatis malis acquirere, decorum esse.
Sic ea feci, quorum causa tu me increpas:
Nullo modo infensa tibi, sed veris
Virtutis legibus, et diis obtemperans,

CHORUS.

O quibus hominibus bene vadunt nuptiæ,
Quam felix vita! quibus autem minus sunt prosperæ,
Quam miseri domi foriſque sunt! *

SAMSON.

At pulchra sane hæc excusatio, o mulier:
Hæc scelera pio animo in te admissa esse.
At si verus fuisset amor tuus,
Et non omnino mendax, abunde docuisset te
Ea quæ studere maxime decet, feciſſe.
Ego te ex hostibus duxi uxorem,
Et puellis Israeliticis antehabui te;
Uxoremque ducens, (uti scis,) plus justo amavi:
DEI *Optimi* Maximi mysterium indicavi
Lachrymanti *tibi*—non quia garrulus eram,

* Vid. Præfat. p. xvii.

Sed

Sed quia tuis precibus non poteram opponere me.
Nunc vero hoſtis ſum, et me perdere, decorum eſt!
O ſceleſta, cur me, cum nubilis eſſes,
Maritum accepiſti, qui jam tum, ſicut hodie,
Patriæ tuæ quam maxime infenſus eram?
Nam fœmina propter virum linquit parentes
Et amicos: et ego iſtis non ſubjectus eram,
At mei juris; teque oportuit ſociam
Et comitem mihi, feciſſe et dixiſſe, quæ volui.
At ſi *principes* in me ſumma cogitantes mala,
Tuo uti auxilio cupiebant, quæ adeo juſta es fœmina,
Male conſulebant—neque hæc natura
Sinit, neque commune jus gentium.
Quare adeo auſa es, o miſera, auſcultare
Impiam impiorum hominum ſuadelam,
Qui infame et ſceleſtum imperium
Fraude nefaria ſtabilire quærunt,
Dedecorantes patriæ ſanctum nomen?
At diis Palæſtinis obtemperans
Egiſti hæc—O dii egregii,

Qui

Qui e periculo ſervant inanem laudem eorum
Nequitia, et improbis dolis!
Fruſtra, fruſtra hæc aſtute dicis—
Nam præter illud, quod nunc habes, dedecus,
Nova ſcelerum multitudo dum loqueris, exoritur,
Ut hæc vel duplici repenſent gravitate.

DALILA.

Verborum contentione, et acerbæ mentis effuſionibus
Mulieres viris ſemper inferiores *ſunt*.

SAMSON.

Teſtor illum diem, ego cum perii
Tuis devictus gannitibus, o mulier!

DALILA.

Me miſeram! nunc omnia clare video:
Male te, o mi cariſſime, prodidi.
Tamen (per venerandum DEUM Hebræorum *oro*,)
Miſerere mei, o generoſe *conjux!* et oſtende viam,

Si

Si forte poſſim tuos dolores levare.
At tu quieto ſis animo, et ſuſtine infortunium
Nullo modo fugiendum—ſapientis enim eſt viri
Fortunam æqua mente ferre, quæ decreta eſt.
Nam ſi lumine oculorum caſſus es, ut non
Ut olim, ſplendentis lucem Solis aſpicias,
At cæco *tibi quædam* manet voluptas,
Et *ipſa* quies gratum menti *tuæ* lenimen erit.
Tum labor aberit, et innumeræ *aberunt* curæ,
Quibus indies afficiuntur homines oculis valentes.
At ego ad auctores horum malorum
Supplex vado, et ſummis orabo precibus,
Ut te quam citiſſime liberum dimittant.
Et educens te a barbaris compedibus,
Domi ſervabo, et ſolatium feram malis *tuis*.
Domi meis caris amplexibus
Fovebo te benigna cura—eritque
Prioris delicti *mei* quædam expiatio.
At tu uſque ad ſenectutem tranquille vives,
Honore, non ignominia affectus.

SAMSON.

SAMSON.

Pereas male!—Cur mihi loquela tua adularis?
Quid mihi tecum? Ne me blanditiis inſequaris amplius.
Nam ego, qui dolis tuis crudelia paſſus ſum,
Non ſum adeo inſanus,
Ut iterum in eoſdem cadam laqueos.
Novi improbam vocis tuæ dulcedinem;
Novi infidum tuæ amicitiæ portum.
Et hæc infortunia fruſtra exantlavi,
Ni demum ſapere didiciſſem,
Et te, tuaſque aſtutias effugere, ſcelerata!
Nam ſummo honore exornatum me,
Gloria præ cæteris mortalibus præditum,
Prodidiſti, et vendidiſti barbaris *hoſtibus*.
An mitiorem te fore ſperabo,
Cum me probroſum, imbellemque domum duxeris,
Dedecoratum male, et captum oculis?
Non fiet: namque apud te majorem
Curam ſuſtinebo, et duplex onus infamiæ.
Nam publice denarrans ignominiam meam,

Oſtendes inimicis meis, tuis *autem* amicis,
Facta, et dicta *mea*; nunc aſperos
Riſus ciens, nunc *vero* ſævam
Iram excitans, et vociferando impellens *hoſtes ad perniciem meam.*
At abi in malam rem: nam in hiſce infortuniis,
Vincula mea non cupio mutare
Tuis caris amplexibus, Dalila!

DALILA.

Sine me dilectam manum tuam attingere.

SAMSON.

Non *ſinam*, o vipera—ne ad furorem actus ſcelere *tuo*,
Corpus *tuum* dilacerem, et fædem ſanguine.
At tutius e longinquo adſtans, accipe
Veniam quam petiſti. O bona, tuum
Nomen egregiis mulieribus conſcriptum erit,
Tuamque fidem venturi homines
Unanimes celebrabunt! Si quid injucundi
Patiaris, propter amiſſum conjugem,

At barbaro ineſt auro ſolatium.
Dixi.

DALILA.

Et mihi quidem alia *nunc* dicenda,
Quia tu, Samſon, ſævior es
Quam procelloſi venti, aut marini fluctus:
Illi enim *aliquando* quieſcunt—at tua mens immitis
Æterna tempeſtate ſæve perturbatur.
Cur adeo precor? Cur ſupplex oro,
Amicitiam quærens, odium inveniens perpetuum?
Cur tua convicia ſuſtineo, infelix,
Et animi ſævitiam? Nunc, o multæ lachrymæ,
O blandæ preces, valete—Non enim amplius
Conjugis *mei* trucem animum demulcebo.
Quid igitur? apud vos linguis mordacibus lædar
In æternum, ut ais: Et puellæ e tribu Dan
Dalilam jure optimo diris proſequentur,
Et amore carentem et fide. Quid mea?
Nam in patria, inter Palæſtinos,
Omnium mulierum celeberrima ero,

Et viva, et mortua, laudatiſſima.
Nonne et vos inhoſpitalem celebratis *Jaelem*,
Quæ miſerum, quæ olim amicum
Siſeram in tentoriis paxillo fixit,
Somno, doloque fœmineo ſubactum?
Sic *patriæ meæ* ſeniores, in feſtis diebus
Simulachrum meum floribus ornantes,
Dicent: " Videte eximiam mulierem,
" Aſpicite, aſpicite ſervatricem hujuſce terræ,
" Quæ, diis obtemperans, caram patriam,
" Patriam amori connubiali prætulit,
" Et Samſona, gentis perniciem, vicit!"
Hanc gloriam pro illa ignominia
Olim accipiam, ob præclara facta quæ geſſi.
Nunc contumelias effunde, nunc procaciter loquere
Et vincula tua, ſtulte, complectere, ut voluiſti!

CHORUS.

Hæc videns, confeſtim abiit
(Ridens crudeliter propter ſcelera quæ ipſa geſſit,)
Venefica mulier, inventrix malorum:

Primum

Primum quidem blandiens tibi, at denuo manifeſte
Indicans omnem cordis malitiam.

SAMSON.

Abeat illa! A DEO irato hæc veniunt,
Qui miſit eam irriſum me,
Propterea quod turpi deceptus artificio
Impiæ mulieri omnia commiſi,
Tacenda locutus, quæque nefas erat oſtendiſſe mortalibus.

ANTISTROPHICA.

STROPHE I.

CHORUS.

Fœmineum amorem
Quiſnam mortalium diu tenebit?
Heu! neque virtutem, neque ſapientiam,
Neque ipſius formæ
Decus *illæ* ſpectant.
Muliebri corde
Ænigma Samſonis

Indagatu facilius *eſt*.
Cur enim reliquit
Thamnæa *uxor* optimum maritum,
Peſſimi pronubi gratia?
Cur altera conjux, *Dalila*,
In capillis inſitum
(DEI ſolius donum)
Strenuum robur abſtulit *marito?*

ANTISTROPHE I.

Habent illæ formam venuſtam,
At prudentiam non habent—
Neque cernere poſſunt, quid *factu* optimum *ſit*;
At varia mens
Sine norma vagatur.
Hodie odio permotæ ſunt—cras autem
Præbent iis, quos *jam* oderunt,
Jucundos riſus.
Puella quidem *innupta*,
Blanda, amœna, et lenis eſt animi,
Perinde ac ſi angelico de cœtu fuiſſet:
Videtur autem nupta

Torva

Torva ac pernicioſa furia eſſe,
Omnis infortunii artifex,
Natura-comparatum malum hominibus.

STROPHE II.

Nunc quidem ridens
Fallacem riſum,
Mentem infelicis *viri*
Huc et illuc contriſtat:
Nunc vero iras concipiens,
Miſerum maritum
Clamore multiſono
Defatigat; et totos dies,
Totas inſomnes noctes diſcruciat.—
Divina autem felicitate frui is videtur,
Cui pia datur uxor.

ANTISTROPHE II.

O domus beatiſſima,
Gratæ quietis
Jucunda ſedes!

O feli-

O feliciſſime,
Qui pretioſum
Bonæ uxoris
Theſaurum poſſides!
Magnus PATER Cœleſtis
Te oculis aſpicit
Benignis—lætam, lætam
Vitam ſemper tranſiges.

FINIS ACTUS TERTII.

SAMSON AGONISTES.

ACTUS IV.

CHORUS, SAMSON, HARAPHAS.

IAMBI.

CHORUS.

FUGIAMUS, o viri: prope enim adeſt procella.

SAMSON.

At nihil novi eſt, ſerenos dies
In pluviam et hyemes ſubito mutari.

CHORUS.

Dira autem eſt hujuſce tempeſtatis invaſio,
Et inopinata.

SAMSON.

Si me amas,
Enarra, et aperte indica *quod vides* portentum:
Jamdudum reliquit me ænigmatum peritia.

CHORUS.

Muliebris doli pernicioſæ illecebræ,
Et blanditiæ jam nunc non timendæ.
Nam vir huc incedit, ſuperbe gradiens,
Terribilis Haraphas, turris inſtar, elatus;
Torvus aſpectu, diræ cædis ſatelles.
Et hæc non ænigmatice locutus ſum.

SAMSON.

An quaſi bellum illaturus, an pacificus advenit?

CHORUS.

Inermis venit; ſed tamen ſæva
Ira *permoti* ſcintillas edunt horrendi oculi.

SAMSON.

Quin adveniat. Egone hunc timebo?

CHORUS.

CHORUS.

Prope nunc adeſt; omnia indicabit.

HARPHAS.

Non, ſicut illi, mala tua deplorans,
Hebræe Samſon, hanc terram advenio.
Tamen hæc infecta volo etiam ipſe,
Quamvis et te, et patriam tuam odio habeam.
Haraphas vocor: gigantum
Vera ſoboles. Quid amplius dicam?
Sat eſt; non enim ignotus ſum famæ.
Audivi opera inclyti roboris tui:
Mira *opera*, imo difficilia intellectu.
Hei mihi! cur tunc temporis abfui,
Cum unum virum ſolum timentes
Copiæ *noſtræ* pugnæ certamen turmatim fugiebant?
Hæc non tum ita fuiſſent. Nunc autem venio,
Ut oculis laudata *illa* membra perluſtrans *meis*,
Magnitudinem tuam, quanta ſit, aſpiciam.

SAMSON.

At non aſpicere ſatis eſt: viſne guſtare, hoſpes?

HARAPHAS.

Papæ! tantumne manet audaciæ,
Ut me ad contentionem ſtatim voces,
Nondum devictus piſtrino, aut compedibus?
Dii boni! jam tum debui adeſſe, o vir,
Cum trepidi Palæſtinorum duces
Os aſininum fugiebant. Ego ſi præſens fuiſſem,
Aliud telum non puduiſſet te accipere.
Tum brevis fuiſſet Samſoni gloria:
Breves ab ethnicis laudes
Tuliſſet. Nunc autem hæc fruſtra loquor;
Quia tu, miſer, tutam habes armaturam,
Cæcitatem. Hoc diu indoluit mihi.

SAMSON.

Quid tum? Si quid facere in animo decreviſti
Jam facias. Quis te impedit, amice?

HARAPHAS.

HARAPHAS.

Et facerem certe: at præbent tibi tutelam iſtæ tenebræ.
Non cum cæcis ſervis pugnare cupimus:
Abi ad lavacra, priuſquam mortem invenias.

SAMSON.

At non male ita conſuluiſti me:
Sic me in terra Palæſtina
Reges ipſi curant;
Qui neque me univerſo exercitu
Solum, inermem, auſi ſunt aggredi,
Neque in ipſo cubiculo prehendere
Somno obrutum, et nihil ſuſpicantem,
Priuſquam ſecreto impiam conjugem
Auro corrupiſſent, perniciem meam.
Nunc audi, non enim inſipienter loquor;
Septum parent homines incolæ,
Bene adaptatum ad certamen, ubi nullo modo
Decertantes ſe invicem effugiant.
Tum, (quia cæcum me irridebas,

Tuque

Tuque oculis valeas) fulgeas in armatura,
Et capias dirum illum orbem clypei,
Æneum thoraca, ocreas, galeam,
Longumque gladium, ingentemque haſtam.
Dum ego, validum fuſtem alicunde arripiens,
Inermis armato tibi par ero:
Et clavi dominus multo ſonitu in arma
Feriam, pulſabo te horrendo impetu.
Tuque pronus, et humi revolutus,
Terramque mordicus prehendens, manus
Extendenſque, hæc, priuſquam moriaris, dices:
" Utinam Samſona nunquam vidiſſem,
" At domi ſemper acerba et contumacia
" Verba effutiens, mortem illi comminatus eſſem."

HARAPHAS.

Non tu, o peſſime, licet audax ſis,
Nobilia adeo contemneres arma,
Heroum tutamen, et decus,
Ni artes nefandas dudum exercuiſſes,
(Impuram magicam,) infernorum numinum *imbutus*

Perfidis

Perfidis præceptis. Ridiculum enim eſt 1210*
In comis *tuis* tantum robur inſitum eſſe.
Nequit fieri; imo ſi capilli tui hirſutiores
Setis apri omnino fuiſſent.

SAMSON.

Neſcio impiam artem magicam:
At DEO O. M. confido, qui in natalibus 1215
Per membra mea et artus infundens robur,
Irraſum caput primo mandavit eſſe,
Bene ſervatæ *ſcilicet* fidei indicium.
Quod quidem facile erit monſtratu.
Abi ad templum Dagonis, et ora eum, 1220
Ut manu potenti quam citiſſime haſce
Fallacias evertat, et ad nihilum redigat.
Ego autem hæc omnia ſolius DEI
Miranda opera eſſe aio. Veniat iſte Dagon;

* Errorem in numerandis verſibus typographicum, qui in Græca metaphraſi nimis incautos oculos fefellit, in verſione Latina nullo modo ſervandum eſſe cenſui. Erit autem ubi ad finem hujuſce actus quarti corrigetur hic error, ita ut carmina deinceps in utraque verſione ad juſtum numerum redigantur.

Vide ſis vv. 1410—1415.

Et

Et tu venias, deaſtri tui ſervus:
En adſum, et non effugio pugnam.
Certe non ſine dolore, o vir,
Uſu doctus, tu ipſe videbis,
An meo, an tuo numini ſit potentia.

HARAPHAS.

Nonne igitur noſti illum tuum potentem deum
Iratum eſſe, et infenſum admodum
Ob ſtultitiam tuam? Nonne patet,
Illum te liquiſſe, et priſtinam gloriam tuam
Hoſtibus dediſſe? Nunc quis bellator
Tecum in pugna congredi volet?
Scias, te non jam honore præditum eſſe:
Nam ſervus es, et infimis mortalibus
Aſiniſque conjunctus, ſervili fungeris officio,
Quod bene comato capiti tuo mire convenit.

SAMSON.

Veſtra culpa eſt; vos qui me afficitis
Peſſime: at ego dignus ſum pœna,
Qui improbe feci, et Omnipotentis

DEI

DEi leges amens prætermiſi.
Adhuc autem ſpes manet: nam Ille, quem colo,
Peccantibus, infirmis mortalibus condonabit,
Et preces pœnitentium benigne audiet.
Illo fretus, iterum voco te
Ad dirum certamen. Tum manifeſtum erit,
Quis ſolus et potens DEUS,
Et quis impoſtor, et fraudulentus eſt.

HARAPHAS.

Ah miſer, egregia laus aderit
Illi deo tuo, ſi te vindicem accipiat *honoris ejus*,
Te furem, prædatorem, homicidam.

SAMSON.

At, o vir loquax et maledice,
Quo pacto hæc crimina probare poſſis?

HARAPHAS.

Probo *omnia*.—Primum, jugo Palæſtino
Patria tua obtemperat: idcirco duxerunt
Te æquales *tui* junceis vinculis ligatum,

Et nobis tradiderunt, quippe qui omnium malorum auctor esses,
Perfidus, et rebellis. Quidni?
Nonne homines Ascalonios interfecisti,
Undique trucidans, ut communis sicarius,
Triginta innocentes viros necans?
Nonne exuisti, (tu qui decus patriæ
Te esse jactas,) mortuos vestibus?
Quemnam alium quæsiverunt turmæ nostræ,
Præter te, o execrande, te fœderum violatorem,
Te non ferendum, te insidias struentem *nostris* copiis?

CHORUS.

In loquendo tu gravis es: hoc autem tantum dico,
" Pereant, et in malam rem abeant, quicunque
" pravi sunt!" *

SAMSON.

Uxorem e puellis Palæstinis duxi:
An hoc vix ferendum? an hoc indicium
Odii erat? Sponsales epulas

* Vide Præfat. p. xvii.

Cum

Cum ethnicis feci meas: at reges terræ,
Amicitiam mihi simulantes,
Egregiorum comitum turma decorabant me,
Insidiatoribus, non veris amicis.
Nam infestissimo erant animo; et minas
Terribiles in conjugem meam edebant, mortemque denunciabant,
Ni illa cito discens nuptiale
Ænigma mariti, omnibus palam demonstraret.
Nonne hæc ego punire debui,
Atque ultionem ob hæc scelera quærere?
Maxime. Idcirco jure optimo irruens,
Undique trucidavi, nihil omittens, quo
Hostes meos uno eodemque exitio perderem.
Et spoliator fui; hoc bene dixisti:
In hoc magnopere jacto me, qui infidelibus amicis
Illo modo sanguineum præbui ornatum.
Novi gentem Israeliticam vobis subjectam esse;
At armis subjecta erat; et armis iterum
Licet quam citissime jugum disrumpamus.
Esto: cur autem ego opposui me unum?
Quia hæc solus consului,

Nolentibus meis civibus,
Qui me ligarunt, et tradiderunt hoſtibus?
Surrexi, a DEO miſſus,
Vindex patriæ: at ſi ſplendida dona
Libertatis accipere recuſabant *cives*,
Ipſumque ſervatorem male prodebant,
Vituperandi *illi* ſunt—ego non ſum *vituperandus*.
Nonne omnes illi hodie
Superbis *hoſtibus* ſerviunt?
At mihi tamen obeundus erat labor
(Quamvis difficilis eſſet,) quem DEUS mandavit.
Et hoc me ſolum perfeciſſe ſcias,
Ni per meam ipſius ſtultitiam periiſſet
Donum roboris, non per Palæſtinos.
Nunc autem, quia propter cæcitatem
Grave aliquid opus nequeo aggredi,
Te ad certamen tertio provoco:
Leve quidem inceptum eſt, tuas vires frangere.

HARAPHAS.

O miſer, num te delectat fatum, et pugna?
Hæc tamen verba temeraria jactas tutiſſime:

Quis

Quis enim, quis heros dignum te exiſtimet certaminis *rivalem*,
Qui ſervus, et compedibus vinctus es?

SAMSON.

Diſpereas! An huc veniſti
Ut videres me, et videns, iterum
Sine labore et ſanguine iterum revertereris?
Nunc pugnæ eventum fac experiamur;
Aut modeſtia utere, priuſquam dextra mea te contrectet.

HARAPHAS.

O fulgura Dagonis igne ardentia,
Ubinam eſtis? ſervuſne adeo inſolens erit?
At non impune me iſte conviciis inceſſet:
Ego percutiam, et ulciſcar.

SAMSON.

Verba non vulnerant:
Percutias! Ego, nihil metuens

Expecto

Expecto te: hoc tamen scias—
Vincti pedes sunt *mei*; at manus, libera.

HARAPHAS.

At hoc graviorem afferet tibi *forsan* molestiam.

SAMSON.

Abi, o vaniloque, o corpus sine anima,
Fuge ocyus, fuge, ne irruens
Cum hisce vinculis, impium spiritum *tuum*
Uno impetu e membris tuis evellam;
Aut sublime tollens te, statim illidam terræ
Deforme et inutile corpus,
Ita ut irrorans cerebrum ruat per medium
Caput, multa cum effusione sanguinis dilaceratum.

HARAPHAS.

At non (per reginam Astarten,) diras
Vitabis pœnas propter hanc insolentiam.
Novam enim congeriem, et adhuc graviorem
Sustinebis malorum crudelium—ita ut hic tuus
Præsens labor pro ludibrio habebitur.

CHORUS.

CHORUS.

Quid eſt? ferox et immanis *ille* gigas
Per eandem qua venit ſemitam revertitur.
Abiit autem ſuperbus paſſuum inceſſus,
Abiitque torvi vultus effera jactatio.

SAMSON.

Rideo imbellem et timidum virum!

CHORUS.

Non ego; nam ad proceres terræ
Hic inſanus et vecors *homo* vadens,
Et multa iratus incitans,
Priſtina odia ad pejus quoddam impellet,
Tuque abhinc nova ſenties mala.

SAMSON.

At, o bone, factum non vere
Narrabit, quamvis ſit inſolens,
Et ſuperbe violentus. Quid igitur? An dicet,
" Samſon, pugnæ quam maxime cupidus,

" Ter me ad certamen cominus vocavit;
" Et ego, multa ſonantia verba locutus,
" Intremui male, et metui *pugnam*."
Hæc effari non ſapientis eſt viri.
Quin illi ipſi molem graviorum operum
Imponere nequeunt mihi, et ego ferre *nequeo*.
Sic et ego perirem, divinique perirent
Roboris reliquiæ, *roboris* quo nunc derivatur
Non exiguum lucrum dominis *meis*.
Quod ſi vitam auferant, non ego impium
Sicarium dicerem fore, et homicidam,
Qui hoc faceret; at levamen
Et gratum medicamentum malorum meorum.
At o DEUS, qui mortalia juſte regis,
Exaudi, exaudi haſce ultimas preces:
Moriar—at cum hoſtibus meis
Una moriar, non inultus!

EPODICA.

EPODICA.

STROPHE.

CHORUS.

Virtutem, adverſis rebus oppreſſam,
Si miſericors DEUS
Victoria exornet,
Ut gaudet beata!
Ut magnum Liberatorem
Gratulatur optime agentem!
Confeſtim tyranni,
Et tyrannorum miniſtri,
Pleni ignominia,
Triſtes ſubeunt vices.
Nam divinitus-miſſus heros
Cœleſti robore
Elatus, ſolus ingentem
Exercitum ad fugam mittit:

Sine armis armatos contemnit,
Dolosſi ne dolo vincit.

ANTISTROPHE.

Nam ſicut rutilatio ſacri
Fulminis irruit,
Et mente percuſſos, attonitoſque
Hoſtes ſumma gloria devincit.
At non minorem ille famam
Dignus eſt accipere,
Qui iniquæ fortunæ,
Et ſævæ calamitatis
Tempeſtatem perfert.
Tibi ergo utraſque laudes
Dabimus, egregie Samſon!
Qui olim ab innumeris
Hoſtibus *avulſa* ſtatuiſti trophæa;
Et nunc miſeros dolores,
Divino juſſu *impoſitos tibi*,
Summa animi conſtantia pertuliſti.

EPODUS.

EPODUS.

Non tibi gratam requiem
Paravit, non paravit,
Sacra dies Dagonis. Heu
Mentis ſævi labores,
Laboribus corporeis
Difficiliores toleratu!
Hei mihi! Quando quando erit
Finis malorum *tuorum?* Nunc, nunc
Alius *quidam* huc advenit,
Sceptrum in manu gerens.
Ah, probe novi
Recens advenientem hoſpitem:
Præco quis ab urbe properat,
Novi laboris nuncius.
Quanta, qualia ille dicet?

* Errore qui in numerandis verſibus extiterat, jam emendato, Latina metaphraſis cum Græca iterum congrua erit uſque ad finem tragœdiæ.

Vide Annot. in v. 1210. p. 215.

Omnibus

Omnibus enim mos *eſt* præconibus
Ut lingua contumaci
Bis exaggerent res quam geſtæ ſint.
Et quis ab inſolentibus
Pacifica conſilia
Hoſtibus expectet?

FINIS ACTUS QUARTI.

SAMSON AGONISTES.

ACTUS V.

PRÆCO, CHORUS, SAMSON.

IAMBI.

PRÆCO.

VIRI Danitæ, ubi eſt captivus *Samſon*?

CHORUS.

Ille non abeſt—vide infelix caput,
Et haſce in crura infames compedes.

PRÆCO.

Adſum, a gubernatoribus hujuſce terræ, *Samſon*,
Ingratum *tibi* afferens juſſum. Hodie
Victori *deo* maritimo, Dagoni,
Hymni celebrantur, et omnis urbs plena eſt
Pom is, triumphis, et ſacrificiis.

Idcirco

Idcirco (quia noverint præ cæteris mortalibus
Te miro robore præditum esse)
Scias illos videndi te studio flagrare,
Ut virium tuarum signa quædam demonstrans,
Decori sis pompæ ovantis dei.
At veni: ego autem ad domum *meam* ducens te,
curabo,
Et cibaria dabo, et corpus induam
Splendidam vestem, diei festo bene congruam.

SAMSON.

Præco, refer iis qui miserunt te
Brevem et clarum pro voluntate mea responsum:
" Mysticis ethnicorum ritubus
" Non licet viro Hebræo intereſſe."

PRÆCO.

Hæc autem verba nullo modo (hoc scias)
Grata erunt *regibus*.

SAMSON.

Nonne satis discrucior?
Ubi abierunt turbæ propriorum amicorum,
Equites,

Equites, athletæ, pugiles, cantatores,
Mimi, præſtigiatores, frequens ſaltatorum chorus?
Nonne ex illis ſat erit oblectamenti,
Niſi me, me captivum, ægrotum, cæcum,
Semper laborantem in piſtrino, et defeſſum,
Dirum ludibrium hoſtibus præbeant?
Hei mihi! cuinam mortalium hoc gratum erit?
Quam voluptatem generoſa mens ſentiet
Ex aliorum infortuniis, viſu ingratiſſimo?
Nonne cito revertere? nonne abibis
Retro? Nullo enim modo obtemperabo *tibi*.

PRÆCO.

Nullamne ergo curam tui ipſius habes?

SAMSON.

Maximam—namque id timeo,
Ne conſcientiam, (mente inſitum numen)
Quæ nunc tranquilla eſt, iterum perturbarem.
Clavum adhuc *conſtantiæ* me firmiter tenere
Videntes, nonne artifices injuriæ
Quærunt in futurum tempus cauſas odii?

Et

Et horuncce malorum gravius imponentes onus,
Sævos riſus contumeliis adjicientes
Gaudebunt ſuperbi miſeriis meis?
Corporei operis omnes labores neceſſe eſt ſubeam;
At nondum ſcio ferre injuſtam
Animæ dominationem. Non obtemperabo *tibi.*

PRÆCO.

Tempus eſt feſtinandi—non ad moras terendas
Ducar. Age dic, an me hæc *verba* referre velis *regibus?*

SAMSON.

Præco, hæc verba ordine tranſportes.

PRÆCO.

Crudelia patieris *mala*; miſeret me tui.

SAMSON.

Cave, hoſpes, ne tui ipſius deinceps miſerearis.

CHORUS.

CHORUS.

Nunc utere prudentia: in hoc enim incidiſti *periculum.*

Conſule *tibi* ocyus: non enim fictæ ſunt
Hæ *verborum* ampullæ, at nimis veræ.
Vir abiit, et mentes principum
Ad ſævas iras ſtatim excitabit.
Quin ad hunc locum iterum veniens,
Alium tibi, in miſeriis moleſte jacenti,
Fulminis inſtar, gravem afferet nuncium.

SAMSON.

Hei mihi! pollueremne inter idola
Immane robur, iterum larga manu
DEI datum, egregium munus?
Et veniamne, (ſi hæc feciſſem)
Sperarem priorum delictorum?
Egone, Nazarenus, non erubeſcerem
Miniſtrare pompæ vilis deaſtri,
Impii Dagonis? An monſtrabitur

In execrandis hoſtium orgiis
Venerandum donum ipſius DEI?

CHORUS.

Quo pacto igitur barbaris indies præſtas ſervitium,
Monſtrans aperte myſticum robur tuum?

SAMSON.

Non hoc faciens impius ſum, amici:
Nam oportet me ſervum, per labores
A dominis ſervilem parare victum.

CHORUS.

Si hoc invitus facias, inculpatus eris.

SAMSON.

Imo oportet omnibus parere legibus
Servum hominem, ſi vi coactus ſit:
At non trahebant me, ſicut feram, domini;
Inanibus verbis ad ſacrificium vocabant.
Hiſce morem gerens, Omnipotentem DEUM
Poſt habebo barbaris *hoſtibus*.

Quo

Quo igitur pacto infidelium myſteriis
Intereſſe poſſum, permixtus *iſtis* impuriſſimis *viris*,
Ni manifeſtum accipiam indicium
Hoc DEUM velle, et cœptis arridere?
Si enim abſque Illius juſſu vadam,
Iratus erit admodum, et indignabitur.

CHORUS.

Nunc te in ipſo periculi diſcrimine video:
Timeo autem, te hæc mala vitare non poſſe.

SAMSON.

Io! Io! Bono ſitis animo—Nunc venerandi DEI
Spiritus
(Non fallor) hanc mentem lætitia implet.
Noſco *te*, noſco te, *mi* DEUS! ——
Nunc gaudium apparet, et in ſpem erigor
Me magni aliquid ponderis tempeſtive facturum.
Jam, fratres, Dagonis ſacrificiis
Lubens adero; nil peccaturus,
At in tanta impietate pius manens:

Divinum enim gubernaculum cæcos pedes dirigit.
Et hoc loquor, (nec fruſtra dicetur,
Si terminos novi fatidicæ viæ)
Hunc diem gloriam mihi
Allaturum, vel me ex hiſce malis liberaturum,
Miſera vita cum ſummo honore *a me* relicta.

CHORUS.

In tempore locutus es. Iterum adeſt nuncius.

PRÆCO.

Te, *Samſon*, alloquor, plane dicturus
Non obſcura regum verba.
" Auſuſne es, auſuſne es, o miſerrime,
" Tantam in dictis *tuis* monſtrare audaciam?
" Nonne te ſervum, captivum, omnino decet
" Dominis tuis obtemperare, et morem gerere?
" Venias quam citiſſime ad ſacrificia.
" Aliter ad urbem immane corpus tuum
" Machinarum ope trahemus
" Vi *a loco* avellentes te, et firma ſimul
" Imponentes vincula. Quin obſequere.—
" Quidni?"

SAMSON.

SAMSON.

Volens ego periculum facerem harum
Machinarum, quæ adeo terribiles ſunt, et quæ
frangi non poſſunt;
At (quia infame et indecorum videtur
Bellatorem me, ſicut feram,
Per plateas ſurſum deorſum
Trahere) volens adero, invito *autem* animo.
Præterea ſervum dominorum mandatis
Non repugnare oportet, ſed obſequi.
Et omnibus gratum eſt vivere, etiamſi miſeriæ
Sævitatem perferant, et dirum mori.
At certo ſcias, nihil me facturum
Impii, aut incongrui Hebræis legibus.

PRÆCO.

Certe in hac re optime conſuluiſti:
En ego te, ut deorum miniſtrum, e vinculis
Jam dimitto: hoc primum munus tibi.
Poſt autem principes benigniſſimos
Exinde habebis, et libertatem acquires.

SAMSON.

SAMSON.

Egregiæ reliquiæ fidelium ſociorum,
Valete! Non enim ad barbarorum aras
Vos advoco: hoc iras accenderet *hoſtium*,
Si me amicis vidiſſent circumdatum.
Quibus enim oculis hodie
Miſerum Samſona aſpicient ſolum,
Prorſus neſcio—namque reges forſan,
Prioris damni auctorem,
Ridendum aſpicientes, (miſerum me!)
Diris proſequentur conviciis: et ſacerdos,
Inebriatus, vino gravis, vertigine laborans,
Dira peſtis *eſt*, et promptus ad contumeliam,
Si quis impura numina contemnat.
Quin ipſi frequenti populo eſt
Mens petulantiſſima in feſtis diebus,
Præſertim cum ignavos habeant principes.
At ſi ſalvus domum redeam,
Sin me jam nunc, amici, videatis poſtremum,
Avitis legibus et veneranda patria,
Vivus aut mortuus, non indignus audiam.

MONO-

MONOSTROPHICA.

CHORUS.

Salvus ſis.—O ſumme DEUS,
Samſoni hodie
Dux viæ ſis benignus!
Illius miniſtri tui
Egregiam per virtutem,
Tuam mirandam poteſtatem
Superbis hoſtibus
Clare oſtendas, o Pater!
O Cœleſtis Miniſter,
Nuncie natalium *ejus*,
Nunc, o nunc tertio deſcendas,
Divinum afferens clypeum,
Igneum, malum depellens,
Fulmine-rutilans portentum.
Præcipue autem, o Divine Spiritus,
(Tuam enim in Danitarum tentoriis
Bene novit inſpirationem,

Cum

Cum ſplendidas retulit
Gloriæ primitias)
Salutem, ſalutem
Dextræ tuæ præbeas
In caput ejus, vexatum
Hac tempeſtate, et procella malorum.

CHORUS, MANOAS, NUNCIUS.

IAMBI.

CHORUS.

PROFECTO gaudentis Manoæ video
Lætos oculos, et greſſus, quaſi viri adoleſcentis.
An egregium quærens filium advenit,
An fratribus lætas nuncians fortunas?

MANOAS.

Salvete, o Danitæ! Non jam nunc meum
Samſona quæro—novi illum abiiſſe
(Sic enim duces voluerunt)

Impa-

Impavidum, e vinculis ſolutum, ab urbem Palæſtinorum.
Ibi, dum frequens civium cœtus
Magnos edentium clamores circumcurſat,
Ego diſceſſi, ne viderem illum
Ignominia affectum, aut mali aliquid patientem,
Triſte ſpectaculum! Omnia tamen adverſa non ſunt:
Nam ſi vanam ſpem animo non foveo,
Samſona ab hac captivitate liberabo.

CHORUS.

At, o ſenex, dicere ne recuſes.
Proſperos enim itineris tui eventus audire
Magnopere cupimus: hoc præ cæteris
Gratum erit dicenti tibi, nobiſque auſcultantibus.

MANOAS.

Quinque reges, uti mos erat, precibus adortus ſum
Viritim, hunc domi, hunc autem foris.
Flevi infelix, et ad genua procumbens, oravi:
" O principes, veremini canum hoc caput,

" Veſtrorum memores parentium:
" Accipite dona, et meum miſerum
" Filium hoc in die liberate!"
Fuit ex iis qui recuſavit, et crudeliter rejecit preces:
Fuit etiam qui in verbis moderatus, et æquus,
At plus æquo argenti cupidus evaſit.
Cæteri autem conſentiebant, et me ipſum reverentia proſequi,
Et illum dimittere, neque me a propoſito
Cum dedecore abjicere—illum ſcientes
Miſera paſſum eſſe *mala*, neque terribilem *fore*
Hoſtibus—nam venia dignus is eſt,
Qui, licet inimicus, generoſus eſt tamen *inimicus*.
Hei mihi! quemnam audivi ad cœlum aſcendentem ſtrepitum?——

CHORUS.

Multiſono gaudio plebs exultat,
Samſona, quem olim mirabantur *omnes*, invictum et inacceſſum,

Aut

Aut cæcum videns, et ſervitio oppreſſum,
Aut mirum robur aperte oſtendentem.

MANOAS.

Amici, omnia quæ habeo miſer,
Si infelici filio *meo* libertatem
Dare poſſim, lubens animi dabo.
Nulla enim paupertati eſt ignominia,
Filio e vinculis erepto,
At divitiis eſt ignominia, illo non libero.
Non redibo ſolus, o *fili* infortunate!
Simul vivemus; bona, mala,
Una tolerabimus: nam dives eſt ille pater,
Et locuples, qui generoſum filium in ſinu amplectitur.

CHORUS.

Pecuniam pecuniæ ſtudent alii
Parentes adjicere, ut divites reddant filios.
Tu omne *quod habes* impendis, ut huncce *Samſona*
e laboribus extrahas.
Alii juvenes curant ſeneſcentes patres:

Tibi rurſum Samſon curandus eſt,
Cæcus ille quidem, et genitore longævo infirmior.

MANOAS.

Nonne igitur ſuaviſſimum gaudium ſentiam, amici,
Filium meum domi videns
Tuto manentem, nulla affectum injuria?
Videns humeros, ut olim, velatos
Sacris capillis, uti ſatellitum cœtu,
Claro ſigno priſtinæ virtutis *ejus?*
An vel majora non licet mihi ſperare?
Gloriam ſcilicet quam prius habuit, non periiſſe
Egregii filii *mei?* Hæc miſero patri
O Rex Cœleſtis, hæc, oro, perficias!
Non enim fruſtra, non ſine conſilio
Vim comis inſidentem iterum dediſti.
Ergo novum lumen ſtatim dans palpebris ejus
Concede, ut iterum coram hoſtibus, ſicut aſtrum, ſplendeſcat,
Ipſis quidem vindex, et defenſor patriæ:
Hujuſce voti, o ſumme DEUS, compos ſim!

CHORUS.

CHORUS.

Omnia hæc bono patre digna *ſunt:*
Et nos ſimili modo (amicorum enim omnia communia ſunt)
Confidimus DEO, ſenex, et *tecum* una lætamur.

MANOAS.

Scio amicam mentem:—Quid eſt?—Ah!
Hei mihi, hei mihi!———————
Quemnam dirum gemitum, quemnam ejulationis
Horrendum jam jam audivi ſtrepitum?

CHORUS.

Et ego audivi—Mors univerſa
Inter ethnicos nunc ſævit, o ſenex.
Ibi Dagon lugubre clamavit: et lethalis
Confuſio, violentia, fatum ſimul exululant.

MANOAS.

Væ mihi miſero! clamant iterum atrocius,
Interficientes Samſona—Heu, heu!

CHORUS.

CHORUS.

Non eſt—tuum filium potius opinor
Illos interficere—gemitus hicce ſublime aſcendens
A populo ſimul morienti videtur exoriri:
Quo enim pacto tantum clamorem vir ſolus ederet?

MANOAS.

Hi gemitus graviſſima indicant mala:
Quid igitur? manebimus? an ad urbem feſtinantes
Statim indagabimus quid factum ſit?

CHORUS.

Maneamus, o ſenex—namque in urbe
Omnia periculoſa ſunt, et metu plena.
Hoſtes hunc edidiſſe ejulatum
Miſere afflictos, omnia demonſtrant.
Ergone infelices *iſtos* huc venturos
Credas, ut nos injuria afficiant?
Ne timeas, nihil reformides, o ſenex.
Forſan tuo filio omnipotens DEUS

Lumen

Lumen dedit oculorum—et nunc innumeris
Cadaveribus inſiliens egregius ille vindex,
Illuſtrem hoſtili ſanguine pedem irrigat.

MANOAS.

Utinam hæc ita eſſent—at dira timeo mala.

CHORUS.

Nonne DEUS *olim* monſtravit inter gentes
Prodigia mirandæ dextræ?

MANOAS.

At mens miſeri patris
Nunc ſpe elata eſt, nunc autem deſperat.

CHORUS.

At non ſemper hæc celata erunt.

MANOAS.

Non impediar (licet hactenus *ſcire* nequeo)
Quin audiam, ſi bene, ſin autem male, res *filio meo* evenerint.

CHORUS.

CHORUS.

Cito ſciemus, ſi male *evenerint*;
Tardus enim nuncius boni, at celer *eſt* mali.
Et nunc vir Hebrææ gentis, ut videtur,
Feſtinat ad nos, qui compos *dicendi* eſt; et rem audiemus.

NUNCIUS.

Ah! quo me convertam? quo fugiam triſtem recordationem
Horrendi ſpectaculi, quod jam nunc vidi,
Quod jam nunc mentem procellis agitatam vexat?
Perturbatus ſum miſer, et quæ loquor, neſcio.
At in tanta calamitate benignus caſus
Me (metu perculſum, et ubi irem, ignorantem)
Adduxit ad te, ſenex, et ad alios *hoſce* amicos.
Vos miſeræ civitati hoc in loco
Tanquam peregrini ſtatis; at non remoti eſtis
A recenti hoc malo, viſu adeo terribili.

MANOAS.

MANOAS.

Hei mihi! diros audivi gemitus, hoſpes,
Qui te, (nuncii malorum) prævenerunt.
At cauſam ignoro. An periimus?
Age dicas quam citiſſime! omnem enarres miſeriam.

NUNCIUS.

Quam citiſſime dicam: at nunc cor palpitat,
Et metus devorat attonitam linguam.

MANOAS.

Ne præfatione utaris—conciſe loquere.

NUNCIUS.

Urbs quidem ipſa non periit: (heu miſeram urbem!)
At omnes incolæ *urbis* perierunt, ſenex,
Repentino fato una obruti.

MANOAS.

Triſtia *narras*. At hoſtibus *nobis*, urbis hoſtilis
Infortunium, non multum parit triſtitiæ.

NUNCIUS.

Ibi elato animo ſis, et grandiloqua effare;
At in verbis meis tarde-conſumens
Luctus ſequetur hoc abundans gaudium:
Nam res mirabiles ſimul et horrendas loquar.

MANOAS.

Quiſnam victor———

NUNCIUS.

Hæc gloria Samſoni *contigit*.

MANOAS.

O cariſſime, ut mens *mea* gaudio elata eſt,
Omniſque dolor abiit!

NUNCIUS.

O ſenex, ſenex,
Invitus veni, nuncius diri infortunii:
Ergo moras tero dum loquor, ne
Sævius quam tolerare poſſis, audienti *tibi* ſit malum.

MANOAS.

MANOAS.

Triſte eſt hæc *mala* diſcere, at tamen neſcire
Triſtius—eia age, breviter omnia dicas.

NUNCIUS.

Mortem obiit Samſon!—Hoc eſt breviſſimum.

MANOAS.

Periitne miſer?

NUNCIUS.

Summum audiviſti *malum*.

MANOAS.

Quid ais?

O fili, fili!———————
Breve ſpei initium quam concepi
Ut abſcidiſti, ut primitias veris
Ultima vis frigidæ hyemis marceſcit!
Non enim paternas, at ſepulchrales domos
Liberatus intraſti, o infelix.
Te, mi cariſſime, circumcluſum malis,

Mors omnia ſolvens eduxit a laboribus,
Et ſervavit te; quod ego pater facere non poteram!
At, quemadmodum maximum audivi infortunium,
Rem omnem expedias. Infelix Samſon meus
Qua morte obiit, refer: dies enim lethi
Maximam dat vitæ ignominiam, aut laudem.
Univerſos hoſtes, ut ais, ille trucidavit—
Quis igitur, quis heros ipſum percuſſit?

NUNCIUS.

Invictus, invulneratus ab hoſtibus e medio exceſſit.

MANOAS.

Quomodo igitur mortuus eſt? An defeſſus cædendo *periit?*

NUNCIUS.

Sua ipſius manu———

MANOAS.

Ah! quid refers mali?
O fili infelix, quiſnam crudelis caſus
Te tui interfectorem reddidit?

NUN-

NUNCIUS.

Una, eademque hora
Mortem et aliis, et ſibi ipſi intulit:
Nam Dagonis *templum*, (ubi frequens populus
Sedebat,) funditus omnino evertens,
Brevi tempore in eos qui intra muros erant ſuper-
induxit.

MANOAS.

Quid igitur lugeo? cur irrigor *genas*
Lachrymis abunde ſtillantibus ex oculis *meis?*
Mortem obiit ob ea propter quæ decorum eſt
mori.
At, dum hæc in urbe adeo ſunt confuſa,
Omnia quæ geſta ſunt, hoſpes, ordine
Verbis cito enarres, omnia enim tibi nota ſunt.

NUNCIUS.

Mane hanc urbem *hodie* intrabam;
Populumque videbam *ſurſum deorſum* incedentem,
et vocem æneam

Barbaræ

Barbaræ tubæ audiebam.
Tum præco in frequentibus plateis clamabat,
" Advenite ad epulas, o Palæſtini!"
Rumor deinceps omnem pertranſibat urbem
Illuſtrem Samſona hoc in die
Divinum robur monſtraturum.
Hæc verba audientes incolæ
Turmatim viſendi ſtudio ad templum
Dagonis currebant, et ego una cum illis *ibam*;
At non ego, ſenex, irriſurus properabam,
Nam viri egregii deplorabam miſeras fortunas.
Templum autem amplum *erat*, et ſemi-rotundum,
Opus priſcorum gigantum, ut aiunt.
Et binæ columnæ ingentes, proceræ, graves,
Suſtentabant ædes, (mirandum viſu) a ſolo *conſtructæ*.
Ibi congregabantur: — et thronis
Auro ornatis reges inſidebant,
Splendidis mulieribus comitati,
Viriſque optimis, et magnatibus.

Dalila

Dalila * autem triumphos agens ſociam ſe hiſce viris adjunxerat,
Haraphæ giganti ſtans vicina :
Dixiſſes ipſam deabus aſcriptam eſſe ;
Tantas laudes habuit mulier ab ethnicis.
Subſellia vero, uſque ad laquear compacta
Multitudinem barbarorum undique ruentium
Vix continebant, impium cœtum.
At ego intra limen ferre pedem
Non audebam, id enim legibus *noſtris* vetitum erat : ſed extra fores
Siſtens *pedem*, omnia videbam, et auſcultabam.
Ibi numini impuro ſacra faciebant :
Et omnes ſimul epulabantur, et a miniſtris
Dulce accipientes vinum (nulla poculo infuſa aqua,)
Uſque ad ebrietatem bibebant, cum lætis clamoribus.
Interea Samſon, cauſa triumphorum,
Veſtibus murice tinctis ſplendens,
Intrabat templum ; non ſine quodam exercitu

* Vide Præfationem, p. xix.

Arma-

Armatorum hominum—ii enim timebant eum,
Quamvis cæcum, ne illis damni aliquid inferret.
Hunc autem cœtus Palæſtinorum videntes,
Omnes una clamabant, " O Dagon, Dagon,
" Certe victor es: periit gens Iſraelitica!"
Confeſtim inſtrumenta muſica dabant ſonitum,
Citharæ, fiſtulæ, vocalia cymbala.
At ille, neque iram neque timorem indicans,
Cum ethnicis una ſtabat; et, quamvis ſervitio oppreſſus,
Ab hoſtibus laudabatur, et admirationem excitabat
Illuſtris heros, omnibus portentum hominibus.
Tum multa roboris egregii miracula
(Quanta vir captus oculis poterat *monſtrare*)
Monſtrabat, nullum inveniens rivalem.
Tum vero, (ut qui a laboribus paulo reſpirare voluiſſet)
Illi qui manu tenebat eum dixit, " O juvenis,
" Concede ut pauliſper columnam alicubi inve-
" niam,
" Ubi defeſſum corpus *meum* quiete recumbat."

Puer

Puer autem, nihil ille quidem mali ſuſpicatus,
Duxit eum *ad columnam*, prout juſſus erat; con-
feſtim autem filius tuus
Bina templi manu attingens ſuſtentacula,
Cæcos orbes oculorum ad humum vertit,
Et ſtetit inclinatus, ut qui verbum aliquid alto
animo verſaret,
Vel DEUM Optimum Maximum invocaret.
Poſtremo caput erigens, pulchris ornatum capillis,
inquit;
" O reges hujuſce terræ, dominique mei,
" Vidiſtis, quæ vidiſtis, non ſine gaudio,
" Multaque admiratione, roboris *mei* indicia.
" Nunc autem finem facturus, et ſponte mea la-
" borans,
" Aliud opus incipio, quod et portentoſum et
" terribile
" Erit, præ iis quæ nuper perfeci."
Talia fatus, ipſo fulgure citior
Brachia miris modis extendit,
Et validis manibus columnas enixe prehendens,
Crebris flexibus huc illuc (o magnum facinus!)

Concuſſit, vibravit, et a radicibus avellens
Fregit.
Superincidit quam citiſſime omnis domus
In viros, fœminas, (totus perhorreo dum loquor)
Sacerdotes, principes, et univerſum populum.
Illi vero ululatus dederunt. At lacunar e marmore confectum,
Horrendo impetu deſcendens, confeſtim ceſſare fecit gemitus,
Et mortui mortuis coacervati erat.
Tuus autem Samſon, non habens quo fugeret,
(Tanto barbarorum cœtu circumfuſo)
Incluſus ſævo neceſſitatis laqueo
Mortem nolens volens obiit.
Ego vero, aliique circumſtantes hoſpites
Horrendo metu perculſi diffugimus.
Hæc auſcultans, ſcias vera te auſcultare.

CHORUS.

O cariſſime *Samſon*, egregie, et uti decuit victorem,
Opera, quæ vaticinationes DEI impoſuerunt tibi,
Vita inchoaſti tua, et morte perfeciſti.

Nunc

Nunc autem inter hoſtes jacet corpus tuum,
Non infamia affectum in iis rebus quas maxime ſtudebas,
At ſanctum, et ſine labe ſuicidii.
Tibi ultimus hic dies celeberrimus erat.
Mors comes erat victoriæ; at mors adfert
Plures triumphos quam vita decorata victoriis.
Certe mori omnibus decretum eſt—at curſum
Vitæ qui bene peragit,
Illum præ cæteris hominibus felicem eſſe exiſtimo.

MONOSTROPHICA.

SEMICHORUS.

Dum hoſtes ſuperbia elati
Mediis in orgiis
Vino ad mentis inſaniam acti,
Summam Dagoni gloriam
Læta vociferatione dederunt,
Noſtroque *divino* Regi, ignominiam
A ſupremis cœli ſedibus
Pernicioſa deſcendens viſio

Intimæ mentis thronum
Intravit, maximi damni origo.
O ſævi ſævi erant riſus,
Cum te, Samſon, vocabant
Ut comeſſationibus eorum intereſſes.
Quid voluiſtis, miſeri?
Ah! quoſnam inſanos audio
Cachinnos? Ille vindex adeſt,
Communis auctor exitii!
Cito, imo citiſſime ploratis
Cæcitatem mentis deceptæ.

SEMICHORUS.

Ille enim (obſcuris palpebris
Caligine totus obrui,
Et animo cæcus eſſe judicatus,
At perſpicax et acutus
In intimo pectore)
Cito ad ſacram flammam
Incendit et excitavit
Diu celatæ
Virtutis ſcintillam cœleſtem.

Et

Et quaſi draco in prædam
Inhians, imbelles
In aves e loco ſuperiori
(Has quidem in nidulis,
Illas autem ſedentes
Ordine, ſomno excuſſas,
Et miſere ſtridentes)
Inſilit, noctu vagans——
Vel divini fulminis inſtar,
Ingenti ſtrepitu,
Horrendoque more, per æthera
Ruentis, abſque nubibus,
Samſon inſanos
Et grandem victoriam
Summa voce proclamantes
Hoſtes percuſſit, percuſſit!
Ergo gloriam egregiam
Perpetuam, ſempiternam
Dignus eſt accipere.
Qui ſolus in certamine
Multitudinem hoſtium devicit;
Et dominos ſubito impetu

Peſſimos

Peſſimos peſſima morte interfecit,
Suique juris eſſe gentem Iſraeliticam reddidit.

IAMBI.

MANOAS.

Fratres, et luctus *ob filium meum* ceſſate
Et laudes ſimul—namque opus eſt præbere
In hoc articulo temporis multum gnavitatis.
Samſon enim, deliciæ olim patriæ *noſtræ*,
Claram mortem obiit, mortem vita egregia dignissimam.
At hoſtes decerpſerunt ingratos fructus
Gemituum, doloris, et ignominioſi dedecoris.
Dum nobis gaudium et lux orta eſt,
Et ſerena dies a nocte obſcuriſſima.
Nunc adeo, vos, qui cor habetis generoſum,
O viri Hebræi, hac lauta
Occaſione utimini benignæ fortunæ.
Liberate patriam, liberate
Conjuges, filios, diu injuria affectos.
Nonne omnes hoc in die videtis

Dextram

Dextram faventis DEI manifeſtam,
Qui ipſe ſe hiſce laboribus ſocium adjunxit?
Ite, o fortes et ſtrenui viri, ſurgite!
Properate, properate citi: nam res hoſtium
Servili jugo nos tenentium,
Omnino perierunt, funditusque everſæ ſunt.
Vobis autem, o teſtes horuncce caſuum,
Non pectora plangere, non edere
Alternos clamores et ejulatus licet,
At potius has fortunas æquo ferre animo.
Nullo enim jure hunc lamentamur, amici,
Cum hæc ita ſint. Abeſte, querelæ,
Luctus, ploratus! Omnia optime ſe habent;
Et mens mea gaudio ingenti afficitur.
Nunc vero ad urbem vadentes, e ruinis
Corpus hujuſce defuncti feramus
Barbarorum ſanguine conſperſum.
Ibi, cruoris rivos abſtergentes,
Triplici libatione caras reliquias
Ornemus, nihil infectum eſſe ſinentes
Quod optimis hominibus ſummam laudem afferat.
Afflicta urbs *Palæſtinorum* interea non prohibebit

Quin

Quin ſolennes exequias faciamus filio *meo*.
Tum portemus *cadaver* ad patrias ædes:
Et ego, monumentum propriis manibus erigens,
Stabile, bene-politis ornatum lapidibus,
Æternis characteribus inſcriptam
Virtutem, quam in bello oſtendit,
Mortemque indicabo, omni angore et cruciatu carentem.
Circa hoc ſepulchrum florentes lauros ponam,
Umbroſamque laricem, et palmæ decus.
Hoc ſignum venturi homines cum videant,
Samſonis virtutem, quanta fuit
Viventi et morienti, admiratione ſempiterna proſequentur.
Si hæc in intima mente perpendant,
Et cordis *ſui ipſorum* tabulis memores inſcribant,
Heroicam, plus quam antea, virtutem
Sentientes, a pravitate abhorrebunt maxime,
Patriam defendentes, cum opus ſit gladio.
Tum in diebus feſtis dulcis puellarum chorus,
Coronam myrti et multas roſas ferentium,
Filium meum ſacris celebrabunt hymnis,

Patriæ

Patriæ defenſorem—in nuptiis quidem parum
felicem,
Aliis autem in rebus excellentem, et gratiſſimum
Et genti ſuæ, et Omnipotenti DEO.

ANAPÆSTI.

CHORUS.

Age, ſenex, ad urbem properantes
Invictum Samſona, egregiam
Vitam egregia morte linquentem
Puris ornemus libationibus,
Forti viro
Haud ingratum præbentes officium.
Experientia ultro ſapientiam docet;
Et hæ res erga Deum O. M. reverentiam
In factis, dictiſque omnibus, certam facient.
Quare dubitatio mortalium
Cæcas mentes teneat?
Conſilia DEI, difficilia indagatu,
Si quando bonos viros infortunio afficiant,
Animos hominum errantium latent;
At exitum præter ſpem habere

Omnes eventus,
Et juſtitia decreti eſſe, denuo videntur.
  Rex autem cœli Omnipotens
Multa nube, et caliginoſis adytis
Sanctum caput advelat—cito autem
Piis hominibus ſtrenuus defenſor,
Piis hominibus ſtabilis auctor
Felicitatis ipſe exoritur—
At in improbos, (ſerus licet,)
Gravis vindex irruit.
Et nunc aperte benignus DEUS
Samſoni præbuit ſummum auxilium:
At tela doloris pernicioſa
Gazam invaſerunt,
Omneſque ſuperbos hoſtes.
  Fidem autem DEUS, novumque gaudium,
Libertatis pulcherrimum præcurſorem,
Servis *ſuis* hodie præbuit:
Et jucunda tranquillitas
Præcipitis animæ
Diram ſedavit tempeſtatem.

FINIS.

MVSEVM BRITANNICVM

ERRATA.

Pag. xi. l. 9. *pro* deferunt; Miltoni, —qui &c.
l. deferunt — Miltoni, qui &c.

19.	9.	Οὐκ, ὥσπερ εἰκὸς	*l.* Οὐχ, ὥσπερ εἰκὸς
22.	5.	ἴασι	ἴασι
30. 32.	9,10. 10.	Ἥμαρτον	Ἥμαρτον
43.	3.	Ἀλγήδονος	Ἀλγηδόνος
44.	8.	Δίσωτα	Δισωτά
71.	7.	ἀνδρα	ἄνδρα
72.	1.	ἀκοίτιδος	δάμαρτος
78. 80.	14. 11.	μάχαιραν	μαχαίραν
129.	ult.	μήτρω	μήτηρ
136.	12.	ἀδηφάγε	ἀδήφαγε
166.	12.	Odiram	O diram
167.	1.	hoſtilia	hoſtium
211.	5.	hanc terram	ad hanc terram

*** Sunt et alia quædam in accentibus errata, ponderis omnino exigui; quæ doctus unuſquiſque corrigere vel minimo labore poterit.

BRITISH MUSEUM